

Exp 385

no 115

DECEMBER 24 1915
1915



rarissimo pape damia-
 so ieronimo. Nouū o-
 pus me facere cogis ex
 veteri: ut p^o exemplaria
 scripturarū toto orbe di-
 spersa quasi quidā arbit^o sedā: & quia
 inter se variāt que sunt illa q̄ cū greca
 consentiant veritate decernam. Dūis
 labor sed periculosa presumptio. iudi-
 care de veteris. ipsum ab omnibz iudi-
 candū: sensū mutare linguā: et rane-
 scētē mūdū ad initia retrahere parvū-
 lorum. Quis enī doctus pariter vel in-
 doctus cū in manus volumen assump-
 serit. et a salina quā semel imbibit vi-
 derit discrepare qd̄ leditat. non statim
 erūpat in vocē me fallariū me clamā
 esse sacrilegū: q̄ audeā aliquid in vete-
 ribus libris addere. mutare. corrigere.
 Aduersus quā inuidiam duplex
 causa me consolāt: qd̄ et tu qui sūmus
 sacerdos es fieri iubes: et verū non esse
 qd̄ variat. etiā maledicōz testimoniū
 rōprobatur. Si enī latinis exemplari-
 bus fides est adhibenda. respondeāt
 quibz tot sunt exemplaria pene quot
 codices. Sin aut veritas est querenda
 de pluribus: cur nō ad grecā originē
 reuertentes ea que vel a viciosis inter-
 pretibus male edita vel a presumpto-
 ribus imperitiis emendata peruersius.
 vel a librarijs dormitātibz aut ad-
 dita sūt aut mutata corrigimus? Ne-
 q; vero ego de veteri disputo testamēto:
 qd̄ a septuaginta senioribus in grecā
 linguā uersum tertio gradu ad nos
 usq; puenit. Non quero quid aquila
 quid symmachus sapiant: quare the-
 odotion inter nouos et veteres medi-
 us incedat. Sit illa vera interpretatio:



quam apostoli pbauerunt. De nouo
 nunc loquor testamento qd̄ grecū esse
 nō dubiū est: excepto apostolo matheo
 qui primus in iudea euangelium xp̄i
 hebraicis litteris edidit. Hic certe cū
 in nostro senique discordat. et diuer-
 sos riuulos rranites ducit: uno de
 fonte querendus est. Pretermitto eos
 codices q̄s a luciano et elyicio nuncu-
 patores paucoz hominū asserit puer-
 sa cōtentio: quibus utiq; nec in veteri
 instrumēto post septuaginta interpre-
 tes emendare quid licuit. nec in nouo
 profuit emendasse: cum multas gen-
 tium linguas scriptura ante translata
 doceat falsa esse que addita sunt. Agi-
 tur hec p̄sens p̄faciuncula pollicetur
 quatuor tantū euangelia. quoz ordo
 est iste. matheus. marcus. lucas. io-
 hānes. codicum grecoz emendata col-
 latione sed veterū: que ne uultū a lecti-
 onis latine cōsuetudine discreparent.
 ita calamo imperauim⁹: ut hīs tan-
 tum que sensum uidebantur mirare-
 correctis. reliqua manere paterent ut
 fuerāt. Canones quoq; quos eusebi-
 us cesariensis episcopus allegadrinū
 secut⁹ ammoniū in decē numeros or-
 dinauit: sicut in greco habetur repres-
 simus. Qd̄ si quis decuriosis uoluerit
 nosse que in euangelijs uel eadem uel
 uicina uel sola sint. eoz distinctioe co-
 gnoscet. Magis liquidē hic i nr̄is
 codicibus error inoleuit: dum qd̄ i ea-
 dem re alius euangelia plus dixit. in
 alio quia minus putauerunt addide-
 runt: uel dum eundē sensum alius ali-
 ter expressit. ille qui unū e quatuor pri-
 mum legerat. ad eius exemplū ceteros
 quoq; estimauerit emendandos. un-
 de accidit. ut apud nos mixta sunt o-
 mnia: et in marco plura luce atq;

B.

mathei: rursus in matheo iohannis et
 marci: et in ceteris reliquorum que in alijs
 propria sunt inveniuntur. Cum itaque
 canones legeris qui subiecti sunt: con-
 fusionis errore sublato. et silia omnium
 scies: et singulis sua queque restitues.
 In canone primo concordant quatuor:
 matheus. marcus. lucas. iohannes. In
 secundo tres: matheus. marcus. lucas.
 In tertio tres: matheus. lucas. iohannes.
 In quarto tres: matheus. marcus. io-
 hannes. In quinto duo: matheus. lu-
 cas. In sexto duo: matheus. marcus.
 In septimo duo: matheus. iohannes.
 In octavo duo: lucas. marcus. In no-
 no duo: lucas. iohannes. In decimo
 propria unusquisque qui non habentur
 in alijs ediderunt. Singulis vero eu-
 angelijs ab uno incipiens usque ad fi-
 nem librorum dispar numerus accrescit.
 Hic nigro colore prescriptus sub se ha-
 bet alium eodem colore numerum:
 qui ad decem usque precedens indicat: pri-
 or numerus in quo sit canone requiren-
 dus. Cum ergo apud codicem ubi gratia
 illud siue illud capitulum scire volueris
 cuius canonis sit. statim eum subiecto nume-
 ro doceberis: et recurreres ad principia in
 quibus canonum est distincta congeries.
 eodemque statim canone eum titulo scriptis
 inuenito: illum quem querebas numerum
 eiusdem euangelij qui et ipse eum inscri-
 ptione signat inuenies: atque e vicinis
 ceterorum transiitibus inspectis. quos numero
 e regione habeat adnotabis: et cum
 scieris recurreres ad volumina singulo-
 rum: et sine mora reperis numeris que
 ante signaueras. repperies et loca in qui-
 bus uel eadem uel vicina dixerunt. Opto
 ut in christo ualeas et memineris mei pa-
 pa beatissime.

Matheus eum iudea sicut in
 ordine primo ponitur. ita
 euangelium in iudea primo
 scripsit: cuius uocatio ad
 dominum eum publicanis actibus fuit: duorum
 in generatione christi principia presumens:
 unum. cuius prima circuncisio in carne: al-
 terius. cuius secundum cor electio fuit. Et utrius-
 que enim patribus christi. Sicque antecedentio
 numero uniformiter posito. principium
 a credendi fide in electionis tempore por-
 rigens. et eum electione usque in transmi-
 grationis die dirigens. atque a transmi-
 grationis die usque in christum deficiens.
 decursam aduentus domini ostendit gene-
 rationem et numero satisfactis et rationi:
 ut et se quod esset ostenderet: et dei in se o-
 pus monstrans. etiam in hijs quorum ge-
 nus posuit christi operantis a principio
 testimonium non negaret. Quam omnium
 res. tempus. ordo. numerus. dispositio.
 uel ratio. quod fidei necessarium est. deus christus
 est: qui factus est eum muliere. factus sub
 lege. natus eum uirgine. passus in carne.
 omnia in cruce fixit: ut triumphans ea
 in semetipso resurgens in corpore. et pa-
 tris nomen in patribus filio. et filij nomen
 patri restitues in filiis: sine principio
 sine fine ostendens unum se cum patre esse
 se quia unum est. In quo euangelio uti-
 le est desiderantibus deum. sic prima uel me-
 dia uel perfecta cognoscere. ut et uocati-
 onem apostoli et opus euangelij et
 dilectionem dei in carne nascentis per uni-
 uersa legentes intelligant: atque id in eo
 in quo apprehensi sunt. et apprehende-
 re appetunt recognoscant. Nobis enim
 hoc studio argumentum fuit et fide fa-
 cte rei tradere: et operantis dei intelligentiam
 diligenter esse dispositionem querentibus
 non tacere.

Liber generationis ihesu xpi
 filij dauid: filij abraham.
 Abraham genuit ysaac:
 ysaac autē genuit iacob.
 Iacob autē genuit iudā et fratres ei⁹:
 iudas autē genuit phares et zara de
 thamar. Phares autē genuit esrom:
 esrom autē genuit aram. Aram autē
 genuit aminadab: aminadab autē ge-
 nuit naalō. Naalon autē genuit salo-
 mon: salomō autē genuit booz de raab.
 Booz autē genuit obery ex ruth: obery
 autē genuit iesse. Iesse autē genuit da-
 uid regē: dauid autē rex genuit salo-
 monē ex ea q̄ fuit vrie. Salomō autē
 genuit roboam: roboam autē genuit
 abyam. Abyas autē genuit asa: asa
 autē genuit iosaphat. Iosaphat autē
 genuit ioram: ioram autē genuit ozi-
 am. Ozias autē genuit ioathan: ioa-
 than autē genuit achar. Achar autē
 genuit ezechiam: ezechias autē genuit
 manasset: manasset autē genuit am-
 mon. Ammon autē genuit iosyam:
 iosias autē genuit iechoniā et fies ei⁹
 ī trāsmigratione babilonis. Et post
 trāsmigrationē babilonis iechonias
 genuit salathiel: salathiel autē genuit
 zorobabel. Zorobabel autē genuit abi-
 ud: abiud autem genuit eliachim. Eli-
 achim autē genuit azor: azor autē ge-
 nuit sadoch. Sadoch autem genuit a-
 chim: achim autē genuit eliud. Eliud
 autē genuit eleazar: eleazar autē genuit
 matthan. Matthan autē genuit iacob:
 iacob autē genuit ioseph virū marie:
 de qua nat⁹ est ihesus: qui vocatur
 xpc. Omnes itaq; generationes ab a-
 braham usq; ad dauid: generationes
 q̄tuordecim: et a dauid usq; ad trāsmi-
 grationē babilonis: generationes
 q̄tuordecim: et a trāsmigratione babilonis

usq; ad xpm: generationes quatuor-
 decim. Xpi autem generatio sic erat.
 Cum esset desponsata mater ihesu ma-
 ria ioseph: atq; conuicta inuenta ē
 ī utero habēs de spiritu scto. Ioseph
 autem vir ei⁹ cū esset iustus: et nollet
 eam traducere: voluit occulte dimitte-
 re eam: hec autē eo cogitante: ecce āge-
 lus dñi apparuit ī somnis ioseph di-
 cens. Ioseph fili dauid: noli timere ac-
 cipere mariā coniugem tuā. Quō etiā in
 ea natū est: de spiritu sancto est. Pari-
 et autē filiū: et vocabis nomē eius ihē-
 sum. Ipse etiā saluū faciet pplū suū
 a peccatis eorū. Hoc autem totū factū
 est: ut adimpletetur qd dictū esset a do-
 mino p prophetā dicentem. Ecce vir-
 go in utero habebit et pariet filiū: et vo-
 cabit nōmē eius emanuel: qd est in-
 terpretatū nobiscum deus. Surgens
 autē ioseph a somno fecit sicut pcepit
 ei āgelus dñi: et accepit coniugem suā.
 Et non cognoscebat eam donec pepe-
 rit filium suū primogenitum: et
 vocauit nomen eius ihesum. 1)

Qum natus esset ihesus in bethle-
 em iude ī diebus herodis regis: ce-
 re magi ab oriente uenerūt iherosoli-
 mam dicentes. Vbi est qui natus est
 rex iudeorū? Vidimus etiā stellā eius
 in oriente: et uenim⁹ adorare eū. Au-
 diens autem herodes rex turbatus ē:
 et omnis iherosolima cū illo. Et cōgre-
 gatis omnes principes sacerdotū et
 scribas ppli: sciscitabat ab eis ubi xpus
 nasceret. At illi dixerūt ei. In bethleem
 iude. Sic etiā scriptū est p prophetam.
 Et tu bethleem terra iuda: nequam; mi-
 nima es ī principibz iuda. Ex te etiā egi-
 et dux qui regat pplū meū israhel.
 Tūc herodes clam uocatis magis dili-
 genter didicit ab eis tempus stelle q̄

apparuit eis: et mittens illos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis renunciate michi: ut et ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente: antecedebat eos: usque dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam: gaudentes sunt gaudio magno valde. Et iterantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius: et prostrantes adorauerunt eum: et aptis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum: thus: et mirram. Et responsa accepto in somnis ne rediret ad herodem: per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et fuge in egiptum: et esto ibi usque dum dicam tibi. futurum est enim: ut herodes querat puerum ad prosequendum eum. Qui consurgens accepit puerum: et matrem eius nocte: et secessit in egiptum. Et erat ibi usque ad obitum herodis: ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ex egipto uocaui filium meum. Tunc herodes uides quoniam illusus esset a magis iratus est valde: et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem et in omnibus finibus eius a bimatatu et infra: secundum tempus quod requisierat a magis. Tunc adimpletum est: quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem. Vox in rama audita est: ploratus et ululatus multus: Rachel plorans filios suos: et noluit consolari quia non sunt. Defuncto autem herode: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph in egipto dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et uade in terram israel. Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Qui consurgens accepit

puerum et matrem eius: et uenit in terram israel. Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo timuit illo ire: et ammonitus in somnis secessit in partes galilee. Et ueniens habitauit in ciuitate quam uocant nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per prophetas: quoniam nazareus uocabitur. In diebus autem illis uenit iohannes baptista: predicans in deserto iudee et dicens: penitentiam agite. Appropinquabit enim regnum celorum: hic est enim: de quo dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto: parate uiam domini: rectas facite semitas eius. Ipse autem iohannes habebat uentum de pilis camelorum: et zonam pellis circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste et mel siluestre. Tunc exibat ad eum iherosolima et omnis iudea: et omnis regio circa iordanem: et baptizabant ab eo in iordane confitentes peccata sua. Videns autem multos phariseorum et saduceorum uenientes ad baptismum suum: dixit eis: progenies uiperarum: quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira? facite ergo fructum dignum penitentiae. Et ne uelitis dicere intra uos: patrem habemus abraham. Dico enim uobis: quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahae. Nam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor qui non facit fructum bonum recidetur: et in ignem mittetur. Ego quidem baptizo uos in aqua in penitentiam: qui autem post me uenturus est: fortior me est: cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto: et igni. Cuius uentilabrum in manu sua et mundabit area suam: et congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc uenit

ihesus a galilea i iordanem ad iohan-
nem : ut baptizaret ab eo . Iohanes
aut phibebat eu dicens . Ego a te debeo
baptizari : et tu uenis ad me ? Respon-
dens aut ihesus dixit ei . Sine modo .
Sic enim decet nos implere omnem iusti-
ciam . Tunc dimisit eu . Baptizatus aut
ihesus confestim ascendit de aqua . Et
ecce apertae sunt ei caeli : et uidit spiritum dei
descendentem sicut columbam et uenire sup se .
Et ecce uox de caelis dicens . Hic est filius
meus dilectus : in quo michi complacui .

Tunc ihesus ductus est in desertum a spiri-
tu . ut temptaretur a dyabolo : et cum
ieiunasset quadraginta diebus et qua-
draginta noctibus : postea esurijt . Et
accedens temptator dixit ei . Si filius
dei es : dic ut lapides isti panes fiant .
Qui respondens dixit . Scriptum est . Non
in solo pane uiuit homo : sed in omni
uero qd procedit ab ore dei . Tunc as-
sumpsit eu dyabolus in sanctam ciuitatem :
et statuit eu supra pinnaculum templi :
et dixit ei . Si filius dei es : mitte te deor-
sum . Scriptum est enim : quia angelis suis
mandauit de te . et in manibus tollet
te : ne forte offendas ad lapidem pedem tu-
um . At illi ihesus rursus . Scriptum est .
Non temptabis dominum deum tuum . Iterum
assumpsit eu dyabolus in montem ex-
cellsum ualde : et ostendit ei omnia re-
gna mundi et gloriam eorum : et dixit ei .
Hec omnia tibi dabo : si cadens adora-
ueris me . Tunc dicit ei ihesus . Vade
sathana . Scriptum est enim . Dominum deum tuum
adorabis : et illi soli seruiens . Tunc reli-
quit eu dyabolus : et ecce angeli acce-
runt et ministrabant ei . Cum aut audisset
ihesus qd iohanes traditus esset secessit
in galileam : et reuersa ciuitate nazareth .
Et habitauit in ciuitate capharnaum
maritima . in finibus zabulon et neptali :

ut adimpleret qd dictum est per ysaiam
prophetam . Terra zabulon et terra ne-
ptalim . uia maris trans iordanem gali-
lee gentium . populus qd ambulabat in tenebris .
uidit lucem magnam : et sedentibus in re-
gione umbrae mortis lux orta est eis .
Et inde cepit ihesus predicare et dicere .
Penitentiam agite . Appropinquabit
enim regnum celorum . Ambulans aut iuxta
mare galilee uidit duos fratres simo-
nem qui uocatur petrus et andream fra-
trem eius : mittentes rete in mare . Erant
enim piscatores . Et ait illis . Venite
post me : et faciam uos fieri piscatores
hominum . At illi continuo relictis reti-
bus secuti sunt eu . Et procedens inde ui-
dit alios duos fratres . iacobum zebedei
et iohannem fratrem eius in nauis cum zebe-
deo patre eorum reficientes retia sua : et
uocauit eos . Illi aut statim relictis re-
tibus et patre : secuti sunt eu . Et circui-
bat ihesus totam galileam docens in syna-
gogis eorum : et predicans euangelium re-
gni : et sanans omnem languorem et omnem
infirmiorem in populo . Et abiit opinio
eius in totam syriam : et obtulerunt ei omnes
male habentes uariis languoribus et
tormentis comprehensos . et qd demonia
habebant . et lunaticos et paraliticos et
curauit eos : et secuti sunt eu turba mul-
te de galilea . et decapoli . et de iherosoli-
mis . et de iudea . et de trans iordanem .

Uidens aut ihesus turbas ascendit
in montem : et cum sedisset accesserunt
ad eum discipuli eius : et aperiens os
suum docebat eos dicens . Beati pauperes
spiritu : quoniam ipsorum est regnum celorum . Beati
miseres : quoniam ipsi possidebunt terram . Beati
qui lugent : quoniam ipsi consolabuntur . Beati
qui esuriunt et sitiunt iusticiam : quoniam ipsi sa-
turabuntur . Beati misericordes : quoniam ipsi
misericordiam consequentur . Beati mundo

corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati patris: quoniam filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis. et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nichilum valet ultra. nisi ut mittatur foras: et calcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendatur lucerna. et ponatur eam sub modio sed super candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas. Non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celum et terra. iota unum aut unus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis. et docuerit sic homines minimum vocabitur in regno celorum: qui autem fecerit et docuerit: hic magister vocabitur in regno celorum. Dico autem vobis: quia nisi abundauerit iusticia vestra plusquam scribarum et phariseorum: non intrabitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis non occides: qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet

aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersario iudici: et inde deus tradat te ministro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi: non exies inde donec reddas novissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis: non mechaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus deegerit scandalizat te: erue eum et proice abs te. Expedi tibi ut pereat unum membrum tuorum: quam totum corpus tuum mittatur in iehennam ignis. Et si degeat manus tua scandalizat te: abscide eam et proice abs te. Expedi tibi ut pereat unum membrum tuorum: quam totum corpus tuum eat in iehennam. Dictum est autem quicumque dimiserit uxorem suam det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit uxorem suam. recepta fornicationis causa. facit eam mechari: et qui dimissam duxerit adulterat. Ite audistis quia dictum est antiquis non iurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino: neque per celum. quia thronus dei est: neque per terram. quia scabellum est pedum eius: neque per ierosolimam. quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iurauecis: quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sic autem fingo vester: est enim non: quod autem hiis abundantius est a malo est. Audistis quia dictum est: oculum pro oculo. dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percussit in dextram maxillam tuam probe illi et alteram: et ei qui vult tecum in iudicio contendere et

211
tunicam tuam tollere dimitte et pallium:
et quicumque te angariauerit mille pas-
sus: uade cum illo et alia duo. Qui autem
perit a te da ei: et uolenti mutuari a te
ne aueraris. Audistis quia dictum est:
diliges proximum tuum. et odio habebis
inimicum tuum. Ego autem dico uobis dili-
gite inimicos uestros: benefacite hijs
qui oderunt uos. et orate pro persecuti-
bus et calumiantibus uos: ut sitis filij
patris uestri qui in celis est. qui solem
suum oriri facit super bonos et malos:
et pluit super iustos et iniustos. Si enim
diligitis eos qui uos diligunt: quam mer-
cedem habebitis? Nonne et publicani
hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres
uos tantum: quod amplius faciatis? Nonne et
ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos per-
fecti: sicut et pater uester celestis perfectus est.

Mercedem autem ne iusticiam uestram facia-
tis coram hominibus ut uideami-
ni ab eis: alioquin mercedem non habe-
bitis apud patrem uestrum qui in celis est.
Cum ergo facis elemosinam noli ante te tu-
ba canere: sicut hypocrite faciunt in synago-
gis et in uicis ut honorificentur ab ho-
minibus. Amen dico uobis: receperunt
mercedem suam. Te autem faciente elemosinam:
nesciat sinistra tua quid faciat dextera
tua: ut sit elemosina tua in abscondito: et
pater tuus qui uidet in abscondito red-
det tibi. Et cum oratis: non eritis hypo-
crite qui amant in synagogis et in an-
gulis platearum stantes orare: ut uide-
antur ab hominibus. Amen dico uo-
bis: receperunt mercedem suam. Tu autem cum
oraueris intra in cubiculum tuum: et clauso
ostio ora patrem tuum in abscondito: et
pater tuus qui uidet in abscondito red-
det tibi. Orantes autem nolite multum
loqui: sicut ethnici faciunt. putant enim:
quod in multiloquio suo exaudiantur.

Nolite ergo assimilari eis. Scit enim
pater uester quid opus sit uobis: an-
tequam petatis eum. Sic ergo uos ora-
bitis. Pater noster qui es in celis san-
ctificetur nomen tuum. Adueniat regnum
tuum. Fiat uoluntas tua: sicut in celo et
in terra. Panem nostrum supsubstantialē
da nobis hodie. Et dimitte uobis de-
bita nostra: sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos indu-
cas in temptationem: sed libera nos a
malo. Si enim dimiseritis hominibus
peccata eorum: dimittet et uobis pater
uester celestis delicta uestra. Si autem
non dimiseritis hominibus: nec pa-
ter uester dimittet uobis peccata uestra.
Cum autem ieiunatis: nolite fieri sicut hypo-
crite testes. Examinat enim facies sua:
ut pareant hominibus ieiunantes.
Amen dico uobis: quia receperunt
mercedem suam. Tu autem cum ieiunas
unge caput tuum et faciem tuam laua: ne
uidearis hominibus ieiunans sed pa-
tri tuo qui est in abscondito: et pater tu-
us qui uidet in abscondito reddet tibi.
Nolite thesaurizare uobis thesauros
in terra: ubi erugo et tinea deuoluitur:
et ubi fures effodiunt et furantur. Thesau-
rizate autem uobis thesauros in celo: ubi
nec erugo nec tinea deuoluit: et ubi fu-
res non effodiunt nec furantur. Ubi est the-
saurus tuus: ibi est et cor tuum. Lucerna cor-
poris tui est oculus tuus. Si oculus tuus fu-
erit simplex: totum corpus tuum lucidum erit.
Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum
corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo
lumen quod in te est tenebre sunt. ipse tene-
bre quante erunt? Nemo potest duobus
dominis seruire. Aut enim unum odio habe-
bit et alterum diliget: aut unum sustinebit
et alterum contemnet. Non potestis deo
seruire et mammonē. Ideo dico uobis:

ne solliciti sitis anime vestre quod man-
duceatis: neque corpori vestro quid indu-
amini. Nonne anima plus est quam esca:
et corpus plus quam vestimentum? Respici-
te volatilia celi que non serunt neque me-
tunt: neque congregant in horrea: et pa-
ter vester celestis pascit illa. Nonne vos
magis pluris estis illis? Quis autem
vram cogitans potest adicere ad statu-
ram suam cubitum unum? Et de vestimentis
quid solliciti estis? Considerate lilia
agei quomodo crescunt. Non laborant
neque vent. Dico autem vobis: quam nec
salomon in omni gloria sua prospexit est
sicut unum ex istis. Si enim fetum agri
quod hodie est et cras in dibanum mitti-
tur deus sic vestit: quanto magis vos
minime fidei? Nolite ergo solliciti es-
se dicentes quid manducabimus aut
quid bibemus: aut quo opiemur. Nec
enim omnia gentes inquirunt. Scit
enim pater vester quia hijs omnibus
indigetis. Quereite ergo primum regnum
dei et iustitiam eius: et hec omnia adicientur
vobis. Nolite ergo solliciti esse in crasti-
no. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi
ipso. Sufficit diei malicia sua.

Nolite iudicare et non iudicabimini:
nolite condemnare et non con-
demnabimini: in quo enim iudicio iu-
dicaveritis iudicabimini: et in qua
mensura mensi fueritis remetietur vo-
bis. Quid autem vides festucam in oculo
fratris tui: et trabem in oculo tuo non
vides? Aut quomodo dicis fratri tuo
frater sine: etiam festucam de oculo tuo: et
ecce trabs est in oculo tuo? Propterea eice
primum trabem de oculo tuo: et tunc vi-
debis eicere festucam de oculo fratris
tui. Nolite dare sanctum canibus: neque
mittatis margaritas vestras ante por-
cos: ne forte concutiant eas pedibus suis: et

convesi dirumpant vos. Petite et dabi-
tur vobis: quereite et invenietis: pulsa-
te et aperietur vobis. Omnis enim qui petit
accipit: et qui querit invenit: et pulsa-
ti aperietur. Aut quis est ex vobis ho-
mo quem si petierit filius suus panem:
numquid lapidem porriget ei? Aut si
piscem petierit: numquid serpentem por-
riget ei? Si ergo vos cum suis mali
nostis bona dare filijs vestris:
quanto magis pater vester qui in celis
est dabit bona petentibus se? Omnia er-
go quecumque vultis ut faciant vobis
homines: et vos facite illis. Nec est e-
nim lex et prophete. Intrate per angustam
portam: quia lata porta et spaciola
via est que ducit ad perditionem: et multi
sunt qui intrant per eam. Quam angusta
porta et arcta via est que ducit ad vi-
tam: et pauci sunt qui inveniunt eam.
Attendite a fallis prophetis qui veniunt
ad vos in vestimentis ovium: immiscu-
sunt lupi rapaces. A fructibus eorum
cognoscetis eos. Numquid colligunt
de spinis uvas: aut de tribulis ficus?
Sic omnis arbor bona fructus bonos
facit: mala autem arbor malos fructus
facit. Non potest autem arbor mala bo-
nos fructus facere: neque arbor bona
malos fructus facere. Omnis arbor que
non facit fructum bonum excidetur: et in
ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum
cognoscetis eos. Non omnis qui dicit
michi domine domine intrabit in regnum
celorum: sed qui facit voluntatem patris
mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum
celorum. Multi dicunt michi in illa die
domine domine nonne in nomine tuo pro-
phetauimus et in nomine tuo demonia
eiecimus: et in nomine tuo virtutes mul-
tas fecimus: et tunc confitebor illis
quia numquam novi vos. Discedite a me

omnes qui operamini iniquitate. Omnis ergo qui audit verba mea hec. et facit ea. assimilabitur viro sapienti qui edificauit domum suam super petram: et descendit pluuia et uenerunt flumina. et flauerunt venti et irruerunt in domum illam: et non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hec. et non facit ea. similis erit viro stulto qui edificauit domum suam supra harenam: et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt venti et irruerunt in domum illam. et cecidit: et fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset ihesus verba hec: ammirabantur turbe super doctrinam eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens: et non sicut scribe eorum et pharisei.

Qum autem descendisset de monte. secute sunt eum turbe multe: et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens. Domine: si vis potes me mundare. Et extendens manum ihesus: tetigit eum dicens. Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide nemini dixeris: sed uade ostende te sacerdoti: et offer munus tuum quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum accessit ad eum centurio: rogans eum et dicens. Domine: puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego ueniam: et curabo eum. Et respondens centurio ait. Domine: non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uerbo. et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites: et dico huic uade et uadit. et alij ueni et uenit: et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem ihesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico

uobis: non inueni tantam fidem in israhel. Dico autem uobis: quia multi ab oriente et occidente ueniunt et recumbent cum abraham et isaac et iacob. in regno celorum: filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer eque illa hora. Et cum uenisset ihesus in domum petri uidit socrum eius iacentem et febricitantem: et tetigit manum eius et dimisit eam febris: et surrexit et ministrabat ei. Vespere autem facto. obuoluerunt ei multos demonia habentes: et eiciebat spiritus uerbo. et omnes male habentes curauit: ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit: et egrationes nostras portauit. Videns autem ihesus turbas multas circum se: iussit discipulos ire trans fretum. Et accedens unus scriba ait illi. Magister: sequar te quocumque ieris. Et dicit ei ihesus. Vulpes foueas habent et uolucres celi nidus: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi. Domine: permitte me prius ire et sepelire patrem meum. Ihesus autem ait illi. Sequere me: et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius: et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius: et suscitauerunt eum dicentes. Domine. salua nos: perimus. Et dicit eis ihesus. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit uentis et mari: et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Quales

est hic: quia venti et mare obediunt ei.
 Et cum venisset ihesus trans fecerunt
 in regionem gerasenorum: occurserunt ei duo
 habentes demonia de monumentis
 egredientes. seui nimis: ita ut nemo pos-
 set transire per viam illam. Et ecce clama-
 verunt dicentes. Quid nobis et tibi ihe-
 su fili dei? Venisti huc ante tempus
 torquere nos. Erat autem non longe ab
 illis grex porcorum multorum pascens. De-
 mones autem rogabant eum dicentes. Si
 eicis nos hic: mitte nos in gregem porcorum.
 Et ait illis. Ite. At illi egredientes abierunt
 in porcos. Et ecce magno impetu abiit
 totus grex per precipitium in mare: et mortui
 sunt in aquis. Pastores autem fugerunt:
 et venientes in civitatem. nuntiaverunt
 hec omnia: et de hijs qui demonia ha-
 buerant. Et ecce tota civitas exiit obviam
 ihesu: et viso eo. rogabant eum ut
 transiret a finibus eorum.

Et ascendens ihesus in naviculam
 transierat: et venit in civitatem
 suam. Et ecce offerebant ei paralyticum
 iacentem in lecto. Et videns ihesus fi-
 dem illorum: dixit paralytico. Confide
 fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce
 quidam de scribis dixerunt intra se. Hic
 blasphematur. Et cum vidisset ihesus co-
 gitationes eorum dixit. Ut quid cogita-
 tis mala in cordibus vestris? Quid est
 facilius dicere dimittuntur tibi peccata:
 an dicere surge et ambula? Ut autem
 sciatis quia filius hominis habet po-
 testatem dimittendi peccata in terra:
 tunc ait paralytico. Surge tolle lectum
 tuum: et vade in domum tuam. Et surrexit:
 et abiit in domum suam. Videntes
 autem turbe timuerunt: et glorificaverunt
 deum qui dedit potestatem talē homi-
 nibus. Et cum transiret inde ihesus:
 vidit hominem sedentem in theloneo

mattheum nomine. Et ait illi. Seque-
 re me. Et surgens secutus est eum. Et
 factum est discumbere eo in domo: ecce
 multi publicani et peccatores venien-
 tes discumbebant cum ihesu. et discipu-
 lis eius. Et videntes pharisei dicebant
 discipulis eius. Quare cum publica-
 nis et peccatoribus manducat magi-
 ster vester? At ihesus audiens ait.
 Non est opus valentibus medicus:
 sed male habentibus. Euntes autem
 discite quid est misericordia volo: et non
 sacrificium. Non enim vult vocare iustos
 sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum
 discipuli iohannis dicentes. Quare
 nos et pharisei ieiunamus frequenter:
 discipuli autem tui non ieiunant? Et ait il-
 lis ihesus. Numquid possunt filij spon-
 si lugere quod diu cum illis est sponsus?
 Venient autem dies cum auferetur ab e-
 is sponsus: et tunc ieiunabunt. Nemo
 autem immittit commissuram panni rudi-
 in vestimentum vetus. Tollit enim pleni-
 tudinem eius a vestimento: et peior scissu-
 ra fit. Neque mittunt vinum novum in utres
 veteres. Alioquin rumpuntur utres: et
 vinum effunditur: et utres pereunt. Sed
 vinum novum in utres novos mittunt:
 et ab eo conservatur. Hec illo loquente
 ad eos. ecce princeps unus accessit et
 adorabat eum dicens. Domine: filia mea
 michi defuncta est: sed veni impone
 manum tuam super eam et vivet. Et surgens
 ihesus sequebatur eum: et discipuli e-
 ius. Et ecce mulier que sanguinis flu-
 xum patiebatur duodecim annis accessit
 retro: et tetigit simbriam vestimenti eius.
 Dicebat enim intra se. Si tetigero tan-
 tum vestimentum eius salva ero. At
 ihesus conversus: et videns eam dixit.
 Confide filia. fides tua te salvam fecit.
 Et salva facta est mulier et illa hora.

Et cum venisset ihesus in domum prin-
cipis . et vidisset tibicines ⁊ turbam tu-
multuantem dicebat . Recedite: nō est
enim mortua puella . sed dormit . Et
decidebāt eum . Et cum eiecta esset tur-
ba intrauit : et tenuit manū eius ⁊ di-
xit . Puella surge . Et surrexit puella :
et egit fama hec in uniuersam terram .
Et transeunte inde ihesu: secuti sūt eū
duo ceci clamātes ⁊ dicētes . Miserece
nostri fili dauid . Cum autē venisset do-
mum . accesserunt ad eum ceci: et dicit
eis ihesus . Creditis quia hoc possum
facere vobis? Dicunt ei . Vix domi-
ne . Tunc tetigit oculos eorū dicēs . Se-
cundū fidem vram fiat vobis . Et ape-
ri sunt oculi eorū . Et cōminat⁹ ē eis ihe-
sus dicētes . Videte ne quis sciat . Illi
autē egredientes diffamauerūt eum in to-
ta terra illa . Egredis autē illis ecce ob-
tulerūt ei hominem mutū demonium
habentem: et eieto demonio locutus
est mutus: et mirate sunt turbe dicen-
tes . Numquā apparuit sic ī israel . Pha-
risei autē dicebāt . In principe demoni-
orum eicit demones . Et circuibat ihe-
sus omnes ciuitates ⁊ castella: docens
in synagogis eorū et pdicans euange-
lium regni: et curans omnē languo-
rem ⁊ omnē infirmitatem . Vidēs autē
turbas miseratus est eis: quia erāt ve-
xati et iacentes sicut oves non habentes
pastorem . Tunc dixit discipulis
suis . Messis quidē multa: operarij au-
tem pauci . Rogate ergo dñm messis:
ut mittat operarios ī messē suā .

¶ t cōuocatis duodecim discipulis
suis . Dedit illis potestatem spiri-
tuum immūdorū ut eicerent eos: et cu-
rarēt omnē languorē . et omnē infir-
mitatem . Duodecim autē discipulorū
nomina sunt hec . Primus simon q̄

dicitur petrus et andreas frater eius:
philippus ⁊ bartholome⁹ iacob⁹ zebe-
dei . et iohānes frater eius: thomas et
matheus publicanus: et iacobus al-
phei et thadeus . simon chananæus . ⁊
indas scariochis: qui ⁊ tradidit eum .
Hos duodecim misit ihesus: p̄cipiēs
eis ⁊ dicētes . In viam gentiū ne abie-
ritis: et in ciuitates samaritanorū ne
intreueritis: sed potius ite ad oves q̄
perierūt domus israel . Euntes autē
pdicate dicentes: quia appropinqua-
uit regnū celorū . Infirmos curate . mor-
tuos suscite . leprosos mūdare: de-
mones eicite: gratis accepistis . gra-
tis date . Nolite possidere aurū . neq; ar-
gentum: neq; pecuniā in zonis vestri .
Non pram in via: neq; duas tunicas .
neq; calciamenta: neq; virgā . Dignus
enī ē operari⁹ cibo suo . In quācūq;
autē ciuitatem aut castellū intreueritis .
interrogate quis in ea dignus sit: et
ibi manete donec egeatis . Intraentes
autē in domū . salutate eam dicentes .
Pax huic domui . Et si quidem fuerit
domus digna . veniet pax vestra sup
eam: si autē non fuerit digna: pax vrā
reuertetur ad vos . Et quicūq; nō re-
ceperit vos . neq; audierit sermones
vestros: egredientes foras de domo vel
ciuitate egredite puluerem de pedibus
vestris . Amen dico vobis: tolerabili⁹
erit terre zodomorū et gomorreorū in
die iudicij q̄ illi ciuitati . Ecce ego mit-
to vos: sicut oves ī medio lupoꝝ . Estote
ergo prudentes sicut serpentes: ⁊ sim-
plices sicut columbe . Lauete autē ab
hominibus . Tradent enim vos ī con-
cilijs: et ī synagogis suis flagellabūt
vos: et ad p̄sides et ad reges ducentiū
propter me . in testimoniū illis et gen-
tibus . Cum autem tradēt vos: nolite

cogitare quomodo aut quid loqua-
mini. Dabitur enim vobis in illa ho-
ra quid loquamini. Non enim vos
estis qui loquimini: sed spiritus patris
vestri qui loquitur in vobis. Tradet
autem frater fratrem in mortem: et pater
filium: et insurgent filii in parentes: et
morte eos afficient: et eritis odio omni-
bus propter nomen meum. Qui autem pseu-
daverit usque in finem: hic saluus erit. Cum
autem psequeverit vos in civitate ista: fu-
gite in aliam. Amen dico vobis: non con-
summabitis civitates israel: donec
veniat filius hominis. Non est discipulus
super magistrum: nec servus super domi-
num suum. Sufficit discipulo ut sit sicut ma-
gister eius: et servus sicut dominus eius.
Si patrem familias beelzebub voca-
verit: quanto magis domesticos eius?
Nec ergo timueritis eos. Nichil enim est
operum quod non revelabitur: et occultum
quod non sciat. Quod dico vobis in tenebris
dicite in lumine: et quod in aure auditis
predicite super terra. Et nolite timere eos
qui occidunt corpus: animam autem non
possunt occidere: sed potius timete eum
qui potest et animam et corpus perdere in
gehennam. Nonne duo passeret asse ve-
nerunt? Et unus ex illis non cadet super
terram sine patre vestro. Vestri autem
et capilli capitis omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere: multis passeribus
meliores estis vos. Quis ergo qui con-
fitebitur me coram hominibus: confitebor
et ego eum coram patre meo qui in celis est.
Qui autem negaverit me coram homini-
bus: negabo et ego coram patre meo qui
in celis est. Nolite arbitrari quia ve-
nerim pacem mittere in terram. Non veni
pacem mittere in terram sed gladium. Ve-
ni enim separare hominem aduersus pa-
trem suum: et filiam aduersus matrem suam:

et nurum aduersus sororem suam: et inimici
hominis domestici eius. Qui amat
patrem aut matrem plusquam me: non est
me dignus. Et qui amat filium aut fili-
am super me: non est me dignus. Et qui
non accipit crucem suam et sequitur me:
non est me dignus. Qui inuenit ani-
mam suam: perdet illam: et qui perdidit
animam suam propter me: inueniet eam. Qui
recipit vos me recipit: et qui me recipit
recipit eum qui me misit. Qui recipit
prophetam in nomine prophete: mer-
cedem prophete accipiet. Et qui recipit
iustum in nomine iusti: mercedem iusti acci-
piet. Et quicumque potum dederit uni ex
minimis istis calicem aque frigide tan-
tum in nomine discipuli: amen dico vo-
bis: non perdet mercedem suam.

Et factum est cum consummasset ihesus
precipiens duodecim discipulis su-
is: transiit inde ut doceret et predicaret
in civitatibus eorum. Iohannes autem cum au-
disset in vinculis opera christi: mittens
duos de discipulis suis: ait illi. Tu es
qui venturus es an alium expectamus? Et re-
spondens ihesus ait illis. Euntes re-
nunciate iohanni quod audistis et vidistis.
Eci videtur: claudi ambulant: leprosi
mundantur: surdi audiunt: mortui resur-
gunt: pauperes euangelizant: et beatus
est qui non fuerit scandalizatus in me. Il-
lis autem abeuntibus: cepit ihesus dicere
ad iudas de iohanne. Quid existis in-
desertum videre? Arundinem vento agi-
tata? Sed quid existis videre? Homi-
nem mollibus vestitum? Ecce qui mol-
libus vestiuntur in domibus regum sunt.
Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam
dico vobis: et plusquam prophetam. Hic est
etiam de quo scriptum est. Ecce ego mit-
to angelum meum ante faciem tuam:
qui parabit viam tuam ante te. Amen

dico vobis: non surrexit inter natos mulier maior iohanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum maior est illo. A diebus autem iohannis baptiste usque nunc regnum celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et leges usque ad iohannem prophetaverunt: et si vultis recipere. ipse est helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat. Cui autem similem estimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes corqualibus dicunt. Ecce cinimus vobis et non saltastis: lamentauimus et non planxistis. Venit enim iohannes neque manducans neque bibens: et dicunt demonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens: et dicunt ecce homo vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. Tunc cepit exprobrare civitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes eius: quia non egissent penitentiam. Ve tibi corozaim. Ve tibi bethsaida: quia si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sunt in vobis: olim in cilicio et cinere penitentiam egissent. Veritatem dico vobis: tyro et sydoni remissus erit in die iudicii quam vobis. Et tu capharnaum. nunquam usque in celum exaltaberis: usque in infernum descendes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt in te: forte mansissent usque in hanc diem. Veritatem dico vobis: quia terre sodomorum remissus erit in die iudicii quam tibi. In illo tempore respondens ihesus dixit. Confitebor tibi pater domine celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et revelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia michi tradita sunt a patre

meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius: et cui voluerit filius revelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: et discite a me quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est: et onus meum leue.

In illo tempore abiit ihesus per sara sabbato: discipuli autem eius esurientes ceperunt vellere spicas et manducare. Pharisei autem videntes. dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt: quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quod fecerit david quando esurijt et cum eo esset. quomodo intrauit in domum dei. et panes propositionis comedit. quos non licebat ei edere neque hijs qui cum eo erant: nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant: et sine crimine sunt? Dico autem vobis: quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est misericordiam volo et non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes. Dominus est enim filius hominis: etiam sabbati. Et cum inde transisset: venit in synagogam eorum. Et ecce homo manu habens aridam: et interrogabant eum dicentes. Si licet sabbatis curare? Ut accusaret eum. Ipse autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem unam? Et si reciderit hec sabbatis in foueam: nonne tetrebit et leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue. Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini. Extende manum tuam. Et extendit: et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei. consiliu faciebant aduersus eum: quomodo perderent eum. Ihesus autem sciens

recessit inde: et secuti sunt eum multi: et curauit eos omnes. Et precepit eis. ne manifestum eum facerent: ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus in quo bene complacuit anime mee. Bonam spiritum meum super eum: et iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet neque clamabit: neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet: et linum fumigans non extinguet: donec eiciat ad victoriam iudicium: et in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei demonium habens recus et mutus: et curauit eum ita ut loqueretur et videret. Et stupebant omnes turbe: et dicebant. Nunquid hic est filius dauid? Pharisei autem audientes dixerunt. Nunc non eicit demones: nisi beelzebub principe demoniorum. Ihesus autem sciens cogitationem eorum dixit eis. Quomodo regnum diuinum contra se desolabitur: et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. Et si sathanas sathanan eicit: aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in beelzebub eicio demones: filij uetri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices erunt uestri. Si autem ego in spiritu dei eicio demones: igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis et uasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Qui non est mecum contra me est: et qui non congregat mecum spargit. Ideo dico uobis: omne peccatum et blasphemiam remittetur hominibus: spiritus autem blasphemie non remittetur. Et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis. remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum

non remittetur ei: neque in hoc seculo. neque in futuro. Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum: aut facite arborem malam: et fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Progenies uiperarum: quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis. os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem uobis: quonia omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines: reddente rationem de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iustificaberis: et ex uerbis tuis condemnaberis. Tunc responderunt ei quidam de scribis et phariseis dicentes. Magister: uolumus a te signum uidere. Qui respondens ait illis. Generatio mala et adultera signum querit: et signum non dabitur ei nisi signum ione prophete. Sicut enim fuit ionas in ventre ceci tribus diebus et tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri nimium surgent in iudicium generatione ista et condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce plusquam iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista et condemnabit eam: quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plusquam salomon hic. Cum autem immundus spiritus egerit ab homine ambulat per loca arida. querens requiem et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam unde exiui. Et ueniens inuenit eam uacantem scopis nudatam et ornata. Tunc uadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se. et intrantes habitant ibi: et sunt nouissima hominis illius. peiora prioribus. Sic erit et

generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabat foris. querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant. querentes te. At ipse respondens dicens sibi ait. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei. qui in celis est: ipse meus frater soror et mater est. 3

In illo die egrensus ihesus de domo sedebat secus mare. et congregate sunt ad eum turbe multe. ita ut in naviculam ascendens sederet: et omnis turba stabat in litore: et locutus est eis multa in parabolis dicens. Ecce egit qui seminat seminare. Et dum seminat quedam ceciderunt secus viam: et venerunt volucres et comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa ubi non habebat terram multam: et continuo exorta sunt quia non habebat altitudinem terre. Sole autem orto estuaverunt. et quia non habebat radicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas: et creverunt spine et suffocaverunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam: et dabit fructum. aliud centesimum. aliud sexagesimum: aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens ait illis. Quia vobis datum est nosse mysteria regni celorum: illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei et abundabit. Qui autem non habet: et quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis. quia videntes non vident. et audientes non audiunt neque intelligunt: et adimpletur in eis prophetia ysaię dicentis.

Auditu audietis et non intelligetis: et videntes videbitis et non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius et auribus graviter audierunt. et oculos suos claverunt: nequando videant oculis et auribus audiant. et corde intelligant: et convertantur et sanentur eos. Vestri autem beati oculi quia vident: et aures vestre quia audiunt. Amen quippe dico vobis: quia multi prophete et iusti cupierunt videre que videtis et non viderunt: et audire que auditis. et non audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni et non intelligit. venit malus et rapit quod seminatum est in corde eius: hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est: hic est qui verbum audit. et continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autem in se radicem: sed est temporalis. facta autem tribulatione et persecutione propter verbum: continuo scandalizabitur. Qui autem est seminatus in spinis: hic est qui verbum dei audit. et sollicitudo seculi istius et fallacia divitiarum suffocant verbum: et sine fructu efficiunt. Qui vero in terram bonam seminatus est: hic est qui audit verbum et intelligit et fructum affert: et facit aliud quidem centesimum. et aliud autem sexagesimum. aliud vero tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile factum est regnum celorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus eius et supereminavit zizania in medio tritici. et abiit. Cum autem crevisset herba et fructum fecisset: tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias. dixerunt ei. Domine. nonne bonum semen seminasti in agro tuo:

unde ergo habet zizania? Et ait illis.
Inimicus homo hoc fecit. Breui autem
dixerunt ei. Vis inuis et colligimus eas?
Et ait. Non. Ne forte colligentes zi-
zania eradicetis simul et triticum. Simi-
te utraq; crescere usq; ad messem: et in
tempore messis dicam messoribus. Col-
ligite primum zizania. et alligate ea fal-
culos ad comburendum: triticum autem
congregate in horreum meum. Aliam
parabolam proposuit eis dicens. Simile
est regnum celorum grano synapis: quod ac-
cipiens homo seminavit in agro suo:
quod minimum quidem est omnibus semini-
bus. Cum autem creverit maior est om-
nibus oleis: et fit arbor ita ut
volucres celi veniant et habitent in ra-
mis eius. Aliam parabolam locutus est
eis. Simile est regnum celorum fermento.
quod acceptum mulier abscondit in fari-
ne satis tribus: donec fermentatum est
totum. Hec omnia locutus est ihesus in
parabolis ad turbas: et sine paraboli-
lis non loquebatur eis. ut impleteretur quod
dictum erat per prophetam dicentem. Ape-
riam in parabolis os meum: et eructa-
bo abscondita a constitutione mundi.
Tunc dimissis turbis venit in domum:
et accesserunt ad eum discipuli eius di-
centes. Edissere nobis parabolam ziza-
norum agri. Qui respondens ait. Qui
seminat bonum semen. est filius hominis.
Agri autem est mundus. Bonum vero semen.
Ij sunt filij regni. Zizania autem filij
sunt nequam. Inimicus autem qui semina-
vit ea. est dyabolus. Messis vero con-
summatio seculi est. Messores autem
angeli sunt. Sicut ergo colligunt zizania
et igni comburuntur: sic erit in con-
summatione seculi. Mittet filius homi-
nis angelos suos. et colligent de regno
eius omnia scandala. et eos qui faciunt

iniquitatem: et mittent eos in caminum
ignis. ibi erit fletus et stridor dentium.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno pa-
tris eorum. Qui habet aures audire audiatur.
Simile est regnum celorum thesauro
abscondito in agro: quem qui inve-
nit homo abscondit. et pro gaudio il-
lius vadit et vendit universa que habet:
et emit agrum illum. Iterum simile est regnum
celorum homini negociatori: qui querenti
bonas margaritas. Inventa autem una
preciosa margarita: abiit et vendidit om-
nia que habuit et emit eam. Iterum
simile est regnum celorum sagitte misse in
mare: et ex omni genere piscium congregan-
ti. Quam cum impleta esset educentes et
secus litus sedentes. elegerunt bonos in
vasa: malos autem foras miserunt. Sic
erit in consummatione seculi. Exibunt
angeli. et separabunt malos de medio
iustorum. et mittent eos in caminum
ignis: ibi erit fletus et stridor dentium.
Intellegistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam.
Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in
regno celorum similis est homini patri-
familias: qui profert de thesauro suo
nova et vetera. Et factum est cum consum-
masset ihesus parabolas istas. transiit
inde. Et veniens in patriam suam docet
eos in synagogis eorum: ita ut mirarentur
et dicerent. Unde huic sapientia hec et vir-
tutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne
mater eius dicitur maria et fratres eius iacobus
et ioseph. et simon et iudas: et sorores
eius nonne omnes apud nos sunt? Unde
ergo huic omnia ista? Et sic scandalizaban-
tur in eo. Ihesus autem dixit eis. Non est
propheta sine honore nisi in patria sua.
et in domo sua. Et non fecit ibi virtutes
multas: propter incredulitatem illorum.

¶ In illo tempore audiuit herodes
tetrarcha famam ihesu: et ait

pueris suis. Hic est iohannes baptista: ipse surrexit a mortuis: et ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit iohannem et alligauit eum: et posuit in carcerem propter herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi iohannes. Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere timuit populum: quia sicut propheta eum habebat. Die autem natalis herodis. saltauit filia herodiadis in medio: et placuit herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare: quicquid postulasset ab eo. At illa premonita a matre sua da michi inquit hic in disco: caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex: propter iuramentum autem et eos qui pariter recubebant iussit dari. Misitque et decollauit iohannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco: et datum est puella: et illa attulit matri sue. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus et sepelierunt illud: et venientes nuntiauerunt ihesu. Quod cum audisset ihesus secessit inde in nauiculam: in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbe secute sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et reuens vidit turbam multam: et misertus est eis: et curauit languidos eorum. Vespere autem facto: accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Desertus est locus: et hora iam preterijt dimittet turbas: ut euntes in castella emant sibi escas. Ihesus autem dixit eis. Non habete necesse ire: date illis vos manducare. Responderunt ei. Non habemus hic nisi quinq; panes et duos pisces. Qui ait eis. Afferte michi illos huc. Et cum iussisset turbam discubere super fenum: acceptis quinq; panibus et duobus piscibus: aspiciens in celum benedixit et fregit: et dedit discipulis panes: discipuli autem turbis. Et manducauerunt

omnes: et saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinis fragumentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus quinq; milia virorum: exceptis mulieribus et paruulis. Et statim iussit discipulos ascendere in nauiculam: et precedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis: venit ad eos ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambulante: turbati sunt dicentes: quia fantasma est. Et pro timore clamauerunt. Statimque ihesus locutus est eis dicens. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Respondens autem petrus dixit. Domine si tu es: iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam ut veniret ad ihesum. Videns vero ventum validum timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine saluum me fac. Et continuo ihesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam: cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant: venerunt et adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es. Et cum transisset: venerunt in terram genesar. Et cum cognouissent eum viri loci illius: miserunt in uniuersam regionem illam: et obtulerunt ei omnes male habentes: et rogabant eum ut vel sumbriam vestimenti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt: salui facti sunt.

Quoniam accesserunt ad eum ab iherosolymis scribe et pharisaei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant

manus suas cum panem mādurāt.
Ipse autem respondēs ait illis. Quare
et vos transgredimini mandatum dei
propter traditionē vestrā? Nam deus
dixit. Honora patrem et matrē. et qui
maledixerit patri uel matri. morte mor-
tariatur. Vos autem dicitis. quicumq;
dixerit patri uel matri. minus quodcumq;
est et me tibi pderit. et non honorifi-
cabit patrē suum aut matrē suam:
et irritum fecistis mādatum dei ppter
traditionē vestrā. Proccite: bene pphē-
tauit de uobis ysaias dicens. Popu-
lus hic labijs me honorat: cor autē
eius lōge est a me. Sine causa autem
colūt me docentes doctrinas et mādā-
ta hominū. Et conuocatis ad se tur-
bis. dixit eis. Audite et intelligite. Nō
quod intrat in os coinquinat homi-
nem: sed quod pcedit ex ore hoc coinqui-
nat hominē. Tunc accedentes discipuli
eius dixerūt ei. Scīs quia pharisei au-
dito uerbo hoc scandalizati sunt? At
ille respondēs ait. Omnis plātatio
quā non plātauit pater meus celestis
eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt. et
duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatur
prester: ambo ī foueā cadūt. Re-
spondēs autē petrus. dixit ei. Edissere
nobis parabolā istā. At ille dixit. Ad-
huc et uos sine intellectu estis? Non
intelligitis. quia omne quod in os intrat
in uentrem vadit. et in secessum emitti-
tur? Que autē pcedunt de ore de corde
exiunt: et ea coinquināt hominē. De
corde etim exiunt male cogitationes:
homicidia. adulteria. fornicationes. fur-
ta. falsa testimonia. blasphemie. Hec
sunt que coinquinant hominē. Nō lo-
nis aut manibus manducare nō coin-
quinat hominē. Et egressus inde. se-
cessit in partes tyri et sydonis. Et ecce

mulier chananea a finibus illis egressa.
clamauit dicens ei. Miserece mei dñe
fili dauid: filia mea male a demonio
uegatur. Qui non respōdit ei uerbum.
Et accedentes discipuli eius. rogabāt
eum dicens. Dimitte eā: quā clamat
post nos. Ipse autē respondēs ait.
Non sum missus. nisi ad oues quę peri-
erunt domus israhel. At illa uenit. et
adorauit eū dicens. Domine adiuua
me. Qui respōdēs ait. Nō ē bonū su-
mere panē filiorum: et mittere canibus. At
illa dixit. Etiam dñe. Nā et catelli edūt
de micis. que cadūt de mensa domi-
norum suorum. Tunc respondēs ihesus.
ait illi. O mulier magna est fides tua:
fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia e-
ius ex illa hora. Et cum transisset inde
ihesus. uenit secus mare galilee: et ascen-
dens in montem sedebat ibi. Et accesse-
runt ad eum turbe multe. habentes se-
cum mutos. cecos. claudos. debiles. et
alios multos: et piecerūt eos ad pedes
eius: et curauit eos. ita ut turbe mira-
rentur uidentes mutos loquētes. clau-
dos ambulātes. cecos uidentes: et ma-
gnificabāt deum israhel. Ihesus autē
conuocatis discipulis suis dixit. Mite-
reor turbe: quia triduo iam pseuerāt
mecum. et non habent quod māducent.
Et dimittere eos ieiunos nolo: ne de-
ficiāt in uia. Et dicūt ei discipuli. Un-
de ergo nobis in deserto panes tātos.
ut saturem turbam tantā? Et ait illis
ihesus. Quot panes habetis? At illi
dixerūt. Septē. Et paucos pisciculos.
Et pcepit turbe. ut discumberent super
terram. Et accipiens septem panes et
piscis. et gratias agens fregit et dedit
discipulis suis: et discipuli dederūt po-
pulo. Et comederūt omnes et saturati
sunt. Et quod superfuit de fragmentis.

1735
rulerūt septem sportas plenas. Erāt
autē q̄ māducauerūt quatuor milia
hominū: extra paruulos et mulieres.
Et dimissa turba ascendit ī nauiculā:
et uenit in fines magedan.

Et accesserūt ad eum pharisei et sa-
ducei temptantes: et rogauerūt
eum ut signū de celo ostenderet eis. At
ille respondens. ait illis. Facto uespe-
re dicitis serenū erit: rubicundū est
nim̄ celum. Et mane. hodie tempestas:
rutilat enim triste celum. Faciē ergo
celi diiudicare nostis: signa autē tem-
porū nō potestis. Generatio mala &
adultera signū querit: & signū nō da-
bitur ei nisi signū iōne. Et relicta illis
abiit. Et cum uenissent discipuli eius
trans fretū: obliti sunt panes accipere.
Qui dixit illis. Intuemini et caute a
fermēto phariseorū & saduceorū. At illi
cogitabāt inter se dicentes. Quia pa-
nes non accepimus. Sciens autē ihe-
sus. dixit. Quid cogitatis inter uos
modice fidei: quia panes nō habetis?
Nondū intelligitis neq; recordamini
quinq; panū. & quinq; milia hominū:
et quot cophinos sumplistis? Neq;
septem panū et quatuor milia homi-
num. et quot sportas supplistis? Qua-
re nō intelligitis quia nō de pane dixi
uobis: caute a fermēto phariseorū et
saduceorū? Tunc intellexerūt quia nō
dixerūt cauendū a fermēto panū: sed a
doctrina phariseorū et saduceorū. Ve-
nit autē ihesus ī partes cesaree philip-
pi: et interrogabat discipulos suos di-
cens. Quē dicūt homines esse filiū ho-
minis? At illi dixerūt. Alij iohannē
baptistam. alij heliam. alij uero iherē-
miam: aut unū ex prophetis. Dicit illis
ihesus. Vos autē quē me esse dicitis?
Respondēs simon petrus dixit. Tu es

christus filius dei uiui. Respondēs autē
ihesus dixit ei. Beatus es simon bar-
iona: quia caro & sanguis nō reuela-
uit tibi: sed pater meus qui in celis est.
Ego dico tibi. quia tu es petrus & sup
hanc petrā edificabo ecclesiā meam: &
porte inferi non p̄ualebūt aduersus e-
am. Et tibi dabo clauēs regnū celorū.
Et quodcūq; ligaueris super terrā erit li-
gatum & in celis: & quodcūq; solueris
sup terrā erit solutū in celis. Tunc p̄ce-
pit discipulis suis ut nemini dicerent:
quia ipse esset ihesus christus. Et inde
cepit ihesus ostendere discipulis suis.
quia oporteret eum ire iherosolimā. &
multa pati a senioribz & scribis & prin-
cipibus sacerdotum: et occidi et tertia
die resurgere. Et assumens eum pe-
trus. cepit increpare illum dicens. Ab-
sit a te domine: non erit tibi hoc.
Qui conuersus dixit. Vade post me
sathanas scandalum es michi: quia
non sapis ea que dei sunt. sed ea q̄ sūt
hominū. Tūc ihesus dixit discipulis
suis. Si quis uult post me uenire ab-
neget semetipsum: et tollat crucem suā
et sequatur me. Qui enī uoluerit ani-
mam suā saluam facere: p̄det eā. Qui
autem p̄diderit animā suā p̄ter me:
inueniet eam. Quid enim p̄dest homi-
ni si mūdū uniuersum lucret: anime
uero sue detrimentū patiat? Aut quā
dabit homo commutationē pro ani-
ma sua? Filius enim hoīs uenturus
est in gloria patris sui cum angelis
suis: & tunc reddet unicuiq; secundū op-
era eius. Amē dico uobis: sunt quidā
de hic stantibus qui non gustabunt
mortem. donec uideant filium ho-
minis ueniētē ī regnū suo.

Et post dies sex assumpsit ihesus
petrū et iacobum et iohannem

fratrem eius: et ducit illos in montem
excellentem secretum: et transfiguratus est
ante eos. Et resplenduit facies eius sicut
sol: vestimenta autem eius facta sunt
alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis
moyses et elias cum eo loquentes. Re-
spondens autem petrus dixit ad ihesum.
Domine bonum est nos hic esse: si vis
faciamus hic tria tabernacula: tibi
unum et moysi unum et elie unum. Ad-
huc eo loquente: ecce nubes lucida ob-
umbravit eos. Et ecce vox de nube di-
cens. Hic est filius meus dilectus in quo
mihi bene complacui: ipsum audite. Et
audientes discipuli ceciderunt in faciem
sua: et timuerunt valde. Et accessit ihe-
sus et tetigit eos: dixitque eis. Surgite
et nolite timere. Levantes autem oculos
suos neminem viderunt: nisi solum ihesum.
Et descendentibus illis de monte: pre-
cepit ihesus dicens. Memini dixeritis vi-
sionem: donec filius hominis a mortui-
s resurgat. Et interrogaverunt eum disci-
puli dicentes. Quid ergo scribe dicunt
quod helias oporteat primum venire? At
ille respondens ait eis. Helias quidem
venturus est: et restituet omnia. Dico
autem vobis quia helias iam venit.
et non cognoverunt eum: sed fecerunt in eo
quaecumque voluerunt. Sic et filius ho-
minis passurus est ab eis. Tunc intellege-
runt discipuli quia de iohanne bap-
tista dixisset eis. Et cum venisset ad tur-
bam: accessit ad eum homo genibus
prostratus ante eum dicens. Domine
miserere filio meo quia lunaticus est:
et male patitur. Nam sepe cadit in i-
gnem: et crebro in aquam. Et obtuli eum
discipulis tuis: et non potuerunt curare
eum. Respondens ihesus dixit. O gene-
ratio incredula et perverba quousque ero
vobiscum? Usquequo patiar vos? Afferte

huc illum ad me. Et increpavit illum ihe-
sus: et egre ab eo demonium. et curatus
est puer ex illa hora. Tunc accesserunt
discipuli ad ihesum secreto et dixerunt.
Quare nos non potuimus eicere illum?
Dicit illis. Propter incredulitatem ve-
stram. Amen quippe dico vobis: si ha-
bueritis fidem sicut granum sinapis di-
ceris monti huic transi hinc et transibit:
et nichil impossibile erit vobis. Hoc
autem genus non eicitur nisi per ora-
tionem et ieiunium. Conversantibus autem eis
in galilea dixit illis ihesus. Filius ho-
minis tradendus est in manus homi-
num: et occidetur eum: et tertia die resur-
get. Et contristati sunt vehementer. Et
cum venissent capharnaum: accesserunt ei
didragma accipiebant ad petrum: et dixe-
runt ei. Magister vester non soluit di-
dragma. Ait. Etiam. Et cum intrasset
in domum: praevenit eum ihesus dicens.
Quid tibi videtur simon? Reges terre
a quibus accipiunt tributum vel censum:
a filiis suis an ab alienis? Et ille dixit.
Ab alienis. Dixit illi ihesus. Ergo li-
beri sunt filii. Et autem non scandalizemus
eos. Vade ad mare et mitte hamum: et
cum piscem qui primus ascenderit tol-
le. et aperto ore eius invenies scaccum:
illum sumes da eis pro me et te.

In illa hora accesserunt discipuli
ad ihesum dicentes. Quisputa
maior est in regno celorum? Et advocans
ihesus parvulum: statuit eum in medio
eorum: et dixit. Amen dico vobis: nisi con-
versi fueritis et efficiamini sicut parvuli
non intrabitis in regnum celorum. Qui-
cumque ergo humiliaverit se sicut par-
vulus iste: hic est maior in regno celorum.
Et qui susceperit unum parvulum talem
in nomine meo: me suscipit. Qui autem
scandalizaverit unum de pusillis istis

qui in me credunt: expedit ei ut suspēda-
tur mola asinaria i collo ei: et dimen-
gatur in profundū maris. Ne mun-
do ab scandalis. Necesse est enim ut
veniant scādala. Verūamen ve homi-
ni p quem scandalū venit. Si autem
man⁹ tua uel pes tuus scandalizat te:
abscide eum ⁊ pice abs te. Bonū tibi
est ad vitā ingredi debile uel claudū:
q̄ duas manus uel duos pedes ha-
bentem mitti in ignem eternū. Et si o-
culus tu⁹ scādalizat te: erue eū et pice
abs te. Bonū tibi est unū oculū habē-
rem in vitā intrare: q̄ duos oculos
habentē mitti in iehemā ignis. Vide-
te ne condemnatis unū ex hijs pusil-
lis. Dico enim vobis: quia āgeli eorū
in celis semper vident faciē patris mei
qui in celis ē. Venit enim filius hoīs
saluare qd̄ peccerat. Quid vobis vide-
tur? Si fuerint alicui centū oves et er-
rauerit una ex eis: nōne relinquit no-
naginta nouē in mōtibz ⁊ vadit que-
rere eā que errauit? Et si cōtingerit ut in-
ueniat eā: amē dico vobis. quia gau-
det sup eam magis q̄ sup nonaginta
nouē que nō errauerūt. Sic nō est vo-
luntas ante patre vestrū qui i celis est:
ut pereat unus de pusillis istis. Si au-
tem peccauerit in te frater tuus: vade
et corripe eum inter te et ipm solū. Si
te audierit: lucratur⁹ tuis fratem tuum.
Si aut non te audierit. adhite tecum
adhuc unū uel duos: ut i ore duorū
uel triū testū stet omne verbū. Quod si nō
audierit eos: dic ecclesie. Si aut ecclesi-
am non audierit: sit tibi sicut ethnic⁹
et publican⁹. Amen dico vobis: que-
cumq; alligaueritis sup terram erūt li-
gata et in celo: et quecumq; solueritis
sup terram erunt soluta et in celo. Itē-
rum dico vobis: quia si duo ex vobis

cōsenserint sup terrā de omni re quacū-
q; peccerit: fiet illis a patre meo qui i ce-
lis ē. Vbi enim sunt duo uel tres con-
gregati in nomine meo: ibi sum i me-
dio eorū. Tunc accedens petrus ad eū
dixit. Domine. quotiens peccabit in
me frater meus: ⁊ dimittā ei usq; septi-
es? Dicit illi ihesus. Nō dico tibi usq;
septies: sed usq; septuagies septies. Qd̄
o assimilatum est regnū celorū homini
regi: qui voluit rationē ponere cum
seruis suis. Et cū cepisset rationem po-
nere: oblat⁹ est ei vn⁹ qui debebat ei
decē milia talenta. Cum aut non ha-
beret unde redderet: iussit eum domin⁹
eius vendari. et uxorem eius ⁊ filios.
et omnia que habebat: et reddi. Proci-
dens aut seruis ille. orabat eū dicens.
Patientiā habe in me: et omnia reddā
tibi. Miseric⁹ aut domin⁹ serui illius.
dimisit eum: et debitū dimisit ei. Egres-
sus aut seruis ille: inuenit unum de
conseruis suis. qui debebat ei centum
denarios: et tenens. suffocabat eū di-
cens. Redde qd̄ debes. Et pedes con-
seruis eius. rogabat eum dicens. Pati-
entiā habe in me: et omnia reddā tibi.
Ille aut noluit: sed abiit et misit eum
in carcerē. donec redderet debitum. Vi-
dētes aut conserui eius que fiebant.
cōtristati sunt valde: ⁊ uenerūt et nar-
rauerūt dño suo omnia q̄ facta fuerāt.
Tūc vocauit illū domin⁹ suus: et ait
illi. Serue nequā: omne debitū dimisi
tibi. quoniā rogasti me. Nōne ergo
oportuit ⁊ te misereri cōserui tui. sicut
et ego tui miseric⁹ sum? Et iratus
dominus eius tradidit eum tortori-
bus: quo ad usq; redderet uniuersum
debitum. Sic et pater meus celestis
faciet vobis: si non remiseritis unū-
quisq; frī suo de cordibz vris.

factū est cū consummasset ihesus sermones istos migrauit a galilea: et uenit in fines iudee trans iordanem: et secute sunt eū turbe multe: et curauit eos ibi. Et accesserūt ad eum pharisei temptantes eū et dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; eē causa? Qui respondens ait eis. Non legistis quia qui fecit homines ab initio masculū et feminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem: et adheret uxori sue: et erūt duo in carne una. Quia q; iā non sunt duo: sed una caro. Quia deus coniunxit: homo nō separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses mandauit dari libellum repudiij et dimittere? Ait illis. Quoniam moyses ad duriciam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uas: ab initio autē non fuit sic. Dico autem uobis: quia quicumq; dimiserit uxorem suā nisi ob fornicationē et aliā duxerit: mechatur. Et qui dimissam duxerit mechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore: non expedit nubere. Qui dixit. Non omnes capiunt uerbum istud: sed quibus datū ē. Sunt enim eunuchi qui de matris utero signati sunt: et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: et sunt eunuchi qui se ipsos castrauerūt propter regnū celorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblata sunt ei paruuli: ut manus eis imponeret et oraret. Discipuli autē increpabant eos. Ihesus uero ait eis. Sinite paruulos: et nolite eos prohibere ad me uenire: talium est enim regnū celorum. Et cum imposuisset eis manū: abiit inde. Et ecce unus accedens ait illi. Magister bone: quid boni faciā ut habeam uitam eternā? Qui dixit ei. Quid me

interrogas de bono? Unus est bonus deus. Si autem uis ad uitā ingredi: serua madata. Dicit illi. Que? Ihesus autē dixit. Non homicidiū facias: nō adulterabis: non facies furtū: nō falsum testimoniū dices: honora patrem et matrem: diliges proximum tuū sicut te ipsum. Dicit illi adolescens. Omnia hec custodiui: quid adhuc michi deest? Ait illi ihesus. Si uis perfectus esse: uade uende que habes et da pauperibus: et habebis thesaurū in celo: et ueni sequere me. Cum audisset autē adolescens uerbum: abiit tristis. Erat enim habēs multas possessiones. Ihesus autem dixit discipulis suis. Amen dico uobis: quia diues difficile intrabit in regnū celorum. Et iterū dico uobis. Facilius est camelū per foramen acus transire: q; diuitem intrare in regnū celorum. Auditis autē hijs discipuli mirabantur ualde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autē ihesus: dixit illis. Apud homines hoc impossibile est: apud deum autē omniaabilia sunt. Tunc respondens petrus: dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Ihesus autē dixit illis. Amen dico uobis: quia uos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et uos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquit domū uel fratres aut sorores: aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum: centuplū accipiet: et uitam eternā possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi: et nouissimi primi.

Simile est regnū celorum homini patrifamilias: qui egit primo

mane conducere operarios i vineam suam. Conuentione autē facta cū operarijs eę denario diurno: misit eos i vineam suam. Et egressus circa horam tertiam: vidit alios stantes i foro viciosos. et illis dixit. Ite et vos i vineam. et qđ iustū fuerit dabo vobis. Illi autem abierūt. Iterum autem eęit circa sextā et nonā horam: et fecit similiter. Circa undecimā vero eęit: et inuenit alios stantes. et dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi? Dicūt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos i vineam. Cū sero autem factū esset. dicit dñs vinee procuratori suo. Voca operarios et redde illis mercedē: incipiens a nouissimis usq; ad primos. Cū venissent ergo qđ circa undecimam horam uenerant: acceperūt singulos denarios. Venientes autem et primi arbitrati sunt qđ plus essent accepturi: acceperūt autē et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicētes. Hii nouissimi una hora fecerūt: et pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei et estus? At ille respondens uni eorū dixit. Amice. non facio tibi iniuriā. Nōne eę denario conuertiisti mecum? Volle qđ tuū ē et uade. Volo autem et huic nouissimo dare. sicut et tibi. Aut non licet michi qđ uolo facere? An oculus tuus nequā est. qđ ego bonus sum? Sic erūt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enī sunt uocati: pauci uero electi. Et ascendens ihesus iherosolimā: assumpsit duodecim discipulos secreto. et ait illis. Ecce ascendi iherosolimā. et filius hominis tradetur principibz sacerdotum et scribis: et cōdemnabūt eum morte: et tradent eum gentibus ad

deludendū et flagellādū: et crucifigendum: et tertia die resurget. Tūc accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filijs suis: adorās et petis aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid uis? At illi. Dic ut sedeat hii duo filij mei un⁹ ad dexterā tuā. et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quē ego bibitur⁹ sum? Dicūt ei. Possumus. At illis. Calicem quidē meū biberis: sedere autem ad dexteram meam et sinistram non est meum dare uobis: sed quibus paratū est a patre meo. Et audientes decem. indignati sunt de duobus fratribz. Ihesus autem uocauit eos ad se. et ait. Scitis qđ principes gentiū dominātur eorū: et qui maiores sunt potestatem exercent in eos? Non ita erit inter uos. Sed qui unq; uoluerit inter uos maior fieri: sit uelut minister. Et qui uoluerit in uos prim⁹ esse: erit uelut seruus. Sicut filius hominis nō uenit ministrari sed ministrare: et dare animā suam redemptionem p multis. Et egressis illis ab iericho: secuta est eū turba multa. Et ecce duo ceci sedentes secus uiam. audierūt quia ihesus transiret: et clamauerūt dicentes. Domine: miserere nostri. fili dauid. Turba autē inceperat eos ut tacerent. At illi magis clamabāt dicentes. Dñe: miserere nostri. fili dauid. Et stetit ihesus: et uocauit eos et ait. Quid uultis ut faciā uobis? Domine ut aperiatur oculi nostri. Misertus autem eorū ihesus: tetigit oculos eorum. Et confectim uiderunt: et secuti sunt eum.

Quando autē appropinquassent iherosolimā et uenissent bethfage ad montem oliueti: tunc ihesus misit

duos discipulos dicens eis. Ite in ca-
 stellū qđ contra vos est: et statim inue-
 nientis asinā alligatā et pullū cum ea:
 soluite et adducite michi. Et si quis
 vobis aliquid dixerit. dicite quia do-
 minus hīs opus habet: et confestim
 dimittet eos. Hoc autē factum est: ut
 adimplerēt qđ dictū est per prophetam
 dicentem. Dicite filie syon: ecce rex tuus
 venit tibi mansuetus sedens sup asinā.
 et pullū filiū subiugalis. Euntē autē
 discipuli fecerunt sicut p̄cepit illis ihe-
 sus. Et adduxerūt asinam et pullum
 et imposuerūt sup eos vestimenta sua:
 et cum desup sedere fecerūt. Plurima
 autē turba straverunt vestimenta sua
 in via. Alij autē cedebāt ramos de ar-
 boribus: et struebant i via. Turbe autē
 que precedebant et que sequebantur.
 clamabant dicentes. Osanna filio da-
 uid: benedictus qui venit in noīe dñi:
 osanna in altissimis. Et cū intrasset
 iherosolimā: cōmota ē uniuersa ciui-
 tas dicens. Quis ē hic? Populi autē
 dicebāt. Hic ē ihesus p̄pheta. a naza-
 reth galilee. Et intrauit ihesus in tem-
 plum dei. et eiciebat omnes vendētes
 et ementes i templo: et mensas nūmu-
 larioꝝ. et cathedras vendentū colum-
 bas euerit: et dicit eis. Scriptū ē: do-
 nus mea dom⁹ orationis vocabit̄:
 vos autē fecistis illā speluncam latro-
 num. Et accesserūt ad eū ceci et claudi
 in templo: et sanauit eos. Vidētes au-
 tem principes sacerdotū et scribe mira-
 bilia q̄ fecit: et pueros clamātes in tem-
 plo et dicētes. osanna filio dauid: in-
 dignati sunt. et dixerūt ei. Audis quid
 isti dicūt? ihesus autē dixit eis. Vti-
 q;. Nunquā legistis qđ eꝝ ore infanti-
 um et lactantiū p̄fecisti laudem? Et re-
 lictis illis abiit foras extra ciuitatē in

bethaniā: ibiq; māsit. Mane autem
 reuertens in ciuitatē. eluxit. Et videns
 ficū arborē vnā sec⁹ viam venit ad
 eam. et nichil inuenit in ea nisi folia
 tantū: et ait illi. Nunquā eꝝ te fructus
 nascatur in sempiternū. Et arefacta ē
 cōtinuo ficulnea. Et videntes discipu-
 li. mirati sunt dicentes. Quomodo
 continuo aruit? Respondens autem
 ihesus. Ait eis. Amen dico vobis: si
 habueritis fidem et non hesitaueritis.
 non solū de ficulnea facietis: sed et si
 monti huic dixeritis tolle et iacta te in
 mare. fiet. Et omnia quocunq; p̄xieritis
 in oratione credentes accipietis. Et cū
 venisset in templū: accesserūt ad eū do-
 centem principes sacerdotū et seniores
 ipsi dicentes. In qua potestate hec fa-
 cis? Et quis tibi dedit hanc potestatē?
 Respondens ihesus. dixit eis. Interro-
 gabo vos et ego unū sermōnē: quē si
 dixeritis michi et ego vobis dicam in
 qua potestate hec facio. Baptismum
 iohannis unde erat: e celo. an eꝝ hūi-
 nibus? At illi cogitabāt in se dicen-
 tes. Si dixerimus e celo: dicet nobis.
 Quare ergo nō credidistis illi? Si au-
 tem dixerimus eꝝ hūinibus: timent⁹
 turbam. Omnes autē habebāt iohan-
 nem sicut p̄phetam. Et respondentes
 ihesu. dixerūt. Nescimus. Ait illis et
 ipse. Nec ego dico vobis in qua pote-
 state hec facio. Quid autē vobis vide-
 tur? Homo quidā habebat duos fi-
 lios: et accedens ad primū dixit. Fili-
 vade hodie operari in vineā meā. Il-
 le autem respondens ait. Nolo. Po-
 stea autē paritētia mot⁹ abiit. Accedēs
 autem ad alterū dixit similiter. At ille
 respondens ait. Eo dñe. Et non iuit.
 Quis eꝝ duobz fecit volūtātē patris?
 Dicunt. Primus. Dicit illis ihesus.

Amen dico vobis: quia publicani et meretrices prcedunt vos in regno dei. Venit autem ad vos iohannes in via iusticie: et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea. ut crederetis ei. Aliam parabolam audite. Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam: et sepe circumdedit ei. et fodit in ea torcular: et edificavit turrim. et locavit eam agricolis: et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset: misit servos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agricolae apprehensis servis eius. alium ceciderunt. alium occiderunt: alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum dicens: verebuntur filium meum. Agricole autem videntes filium. dixerunt intra se. Hic est heres: venite occidamus eum. et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam. et occiderunt. Cum ergo veniret dominus vinee. quid faciet agricolis illis? Rerunt illi. Malos male proderit: et vineam locabit alijs agricolis. qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihesus. Numquam legistis in scripturis. lapidem quem reprobaverunt edificantes. hic est factus in caput anguli? A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei. et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum contingetur: super quem vero ceciderit. conterit eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognoverunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere circumveniebant eum: quomodo sicut

prophetam eum habebant. Et respondens ihesus dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias: et volebant venire. Iterum misit alios servos dicens. Dicite invitatis. Ecce prandium meum paravi. tauri mei et altilia occisa. et omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: et abierunt alius in villam suam. alius vero ad negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt servos eius: et contumelia affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est: et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. et civitatem illorum succendit. Tunc ait servis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: et quoscunque inveneritis. vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt malos et bonos: et implete sunt nuptie discubentium. Intravit autem rex ut videret discubentes: et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice: quomodo huc intrasti. non habes vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus et pedibus eius. mitte eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Tunc abeuntes pharisei consilium inierunt: ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos. cum herodianis dicentes. Magister. scimus quia verax es et via dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis: quid tibi videtur. Licet censum dare cesari. aut non? Loguuta autem ihesus nequitia eorum

ait. Quid me temptatis ypocrite? Ostendite michi nummismata census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis ihesus. Cuius est ymago hec et superscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Et audientes mirati sunt: et relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum sadducei qui dicunt non esse resurrectionem: et interrogauerunt eum dicentes. Magister: moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habens filium. ut ducat fratrem eius uxorem illius. et suscipiat semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres. et primus uxore ducta defunctus est: et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tertius: usque ad septimum. Nouissime autem omnium. et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem uxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem ihesus. ait illis. Erratis nescientes scripturas: neque uirum dei. In resurrectione enim neque nubent. neque nubentur: sed sunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legisti quod dictum est a deo dicente uobis? Ego sum deus abraham: et deus ysaac: et deus iacob. Non est deus mortuorum: sed uiuentium. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius. Pharisei autem audientes quod silentium imposuisset sadduceis. conuenerunt in unum: et interrogauit eum unus ex eis legis doctor temptans eum. Magister. quod est mandatum magnum in lege? Ait illi ihesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua. et in tota mente tua. Hoc est maximum. et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum. sicut teipsum. In his

duobus mandatis. uniuersa lex pendet et prophete. Congregatis autem phariseis. interrogauit eos ihesus dicens. Quid uobis uidetur de christo cuius filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu uocat eum dominum dicens: dixit dominus dominus meo. sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos. scabellum pedum tuorum? Si ergo dauid uocat eum dominum: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei uerbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Tunc ihesus locutus est ad curas. et ad discipulos suos dicens. Super cathedram moysi. sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint uobis. seruate et facite. Secundum opera uero eorum nolite facere. Dicunt enim. et non faciunt. Alligant autem onera grauiora et importabilia. et imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt. ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim philacteria sua: et magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cenis. et primas cathedras in synagogis et saluationes in foro: et uocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi. Unus est enim magister uester: omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram: unus est enim pater uester qui in celis est. Nec uocemini magistri: quia magister uester. unus est christus. Qui maior est uerum. erit minister uester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur: et qui se humiliauerit exaltabitur. Ne autem uobis scribe et pharisei ypocrite: quia clauditis regnum celorum ante homines. Vos cum non intratis: nec introeuntes suitis intrare. Ne uobis scribe et

pharisei ypocrite qui comeditis domus
viduarum. orationes longas orantes:
propter hoc amplius accipietis iudicium.
De vobis scribe et pharisei ypocrite: quia
circumitis mare et aridam. ut faciant
vultum plebitum: et cum fuerit factus. facitis
eum filium iehetne duplo quam vos. De vo-
bis duces ceci. qui dicitis quicumque iu-
rauerit per templum nichil est: qui autem
iurauerit in auro templi debitor est. Stul-
ti et ceci: quod enim maius est. aurum an tem-
plum quod sanctificat aurum? Et quicumque
iurauerit in altari. nichil est. Quicumque
autem iurauerit in dono quod est super illud:
debet. Ceci. quid enim maius est. donum. an
altare quod significat donum? Qui
ergo iurat in altari: iurat in eo. et in omni-
bus que super illud sunt. Et quicumque
iurauerit in templo: iurat in illo et in
eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in
celo: iurat in throno dei. et in eo qui se-
det super eum. De autem vobis scribe et
pharisei ypocrite. qui decimatis menta-
ram et anetum et cymimum: et reliquistis
que grauiora sunt legis. iudicium et
misericordiam et fidem. Hec oportuit fa-
cere. et illa non omittere. Duces ceci exco-
lantes culicem: camelum autem glutientes.
De vobis scribe et pharisei ypocrite. qui
mundatis quod de foris est calicis et pa-
rablidis: intus autem pleni estis rapina
et immundicia. Pharisee ecce. munda
prius quod intus est calicis et parablidis:
ut fiat et id quod de foris est mundum.
De vobis scribe et pharisei ypocrite.
quia similes estis sepulcristis dealba-
tis. que a foris parent hominibus
speciosa: intus vero pleni sunt ossibus
mortuorum et omni spurcicia. Sic et vos
a foris quidem parentis hominibus iu-
sti: intus autem pleni estis ypocristi et ini-
quitate. De vobis scribe et pharisei

ypocrite. qui edificatis sepulcra phre-
tax: et ornatis monumenta iustorum. et
dicitis. Si fuissent in diebus patrum
nostrorum. non essemus socii eorum in san-
guine phretax. Itaque testimonio estis
vobismetipsis. quia filii estis eorum qui
prophetas occiderunt. Et vos implete
mensuram patrum vestrorum. Serpentes et
geminata viperarum. quomodo fugietis
a iudicio gehenne? Ideo dico vobis.
Ecce ego mitto ad vos phretas et sa-
pientes et scribas: et re illis occidatis et
crucifigatis. et re eis flagellabitis in sy-
nagogis vestris: et persequimini de ciui-
tate in ciuitatem: ut veniat super vos o-
mnis sanguis iustus qui effusus est
super terram. A sanguine abel iusti. usque
ad sanguinem zacharie filii barachie:
quem occidistis inter templum et altare.
Amen dico vobis. veniet hec omnia
super generationem istam. Iherusalem iheru-
salem. que occidis phretas et lapidas
eos qui ad te missi sunt: quotiens vo-
lui congregare filios tuos quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub a-
las. et noluisti. Ecce relinquetur vobis
domus vestra deserta. Dico enim vobis: non
me videbitis amodo donec dicatis. Be-
neditus qui venit in nomine domini.

Et egressus ihesus de templo ibat.
Et accesserunt discipuli eius ut
ostenderet ei edificaciones templi. Ipse
autem respondens. dixit illis. Videtis hec
omnia? Amen dico vobis: non relin-
quetur hic lapis super lapidem. qui non
destruatur. Sedenti autem eo super moentem
oliueti. accesserunt ad eum discipuli se-
creto dicentes. Dic nobis quando hec
erunt: et quod signum aduentus tui. et con-
summationis seculi? Et respondens
ihesus dixit eis. Videte ne quis vos
seducat. Multi enim venient in nomine

meo dicentes. ego sum christus: et multos seducunt. Audietur enim estis prelia et opiniones plurimorum: videte ne turbe mini. Oportet enim hec fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem: et regnum in regnum: et erit per silentie et fames. et terre motus per loca. Hec autem omnia inicia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem. et occident vos: et eritis odio omnibus gentibus. propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi. et inuicem tradent: et odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophete surgent. et seducunt multos: et quomodo abundabit iniquitas. refrigeret caritas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Et predicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe. in testimonium omnibus gentibus: et tunc ueniet et consummatio. Cum ergo uideritis abominationem desolationis. que dicta est a danielle propheta stantem in loco sancto: qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes: et qui in campo non descendat tollere aliquid de domo sua: et qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam. De autem pregnantibus et nutrentibus in illis diebus. Craete autem. ut non fiat fuga uestra in hieme uel sabbato. Erunt enim tunc tribulatio magna que non fuit ab initio mundi usque modo. neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis uobis dixerit. ecce hic est christus aut ecce illic: nolite credere. Surgent enim pseudo christi et pseudo prophete. et dabunt signa magna et prodigia: ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce dixi uobis. Si ergo dixerint uobis ecce in deserto

est. nolite egredere: ecce in penetralibus. nolite credere. Sicut enim fulgur egredietur ab oriente et pariet usque in occidentem: ita erit et aduentus filii hominis. Ubicumque fuerit corpus: illuc congregabuntur et aquile. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur: et luna non dabit lumen suum. et stelle cadent de celo. et uirtutes celorum commouebuntur: et tunc parabit signum filii hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terre: et uidebunt filium hominis uenturum in nubibus celi cum uirtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna: et congregabunt electos eius a quatuor uentis. a summis celorum usque ad terminos terrarum. Ab arbore autem ficis discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata. scitis quia prope est estas. Ita et uos cum uideritis hec omnia. scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uobis: quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: uerba uero mea non preteribunt. De die autem illa et hora nemo scit. neque angeli celorum: nisi pater solus. Sicut autem in diebus nocte. ita erit et aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes et bibentes. nubentes et nuptui tradentes. usque ad eum diem quo intrauit in arcam noe: et non cognouerunt donec uenit diluuium et tulit omnes: ita erit et aduentus filii hominis. Tunc duo erunt in agro: unus assumetur et unus relinquetur. Due moles in mola: una assumetur et una relinquetur. Duo in lecto: unus assumetur et unus relinquetur. Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur

uenturus esset. vigilaret utiq; et non
 sineceret fodi domū suā. Ideo et vos
 estote parati: quia qua nescitis hora fili⁹
 hoīs uentur⁹ est. Quispietas est fide-
 lis seruus et prudens. quē cōstituit do-
 minus suus supra familiā suā: ut det
 illis cibū in tempore. Beat⁹ ille seruus:
 quē cum uenerit dñs ei⁹ inuenierit sic
 facientem. Amen dico uobis: quoniā
 sup omnia bona sua cōstituet eū. Si
 autē dixerit malus seruus ille in corde
 suo. morā facit domin⁹ meus uenire:
 et cepit prutere conseruos suos: man-
 ducet aut et bibit cū ebriosis: ueniet
 dñs serui illius in die qua non sperat.
 ⁊ hora qua ignorat: ⁊ diuidet eū. par-
 temq; eius ponet cum ypocritis: illic
 erit fletus et stridor denticium.

Tunc simile erit regnū celoy dece
 uirginibz: que accipientes lāpa-
 des suas egerūt obuiā spōso et spon-
 se. Quinq; autem ex eis erāt fatue: et
 quinq; prudentes. Sed quinq; fatue
 acceptis lampadibus: nō sumptērūt
 oleū secū. Prudentes uero acceperūt
 oleū in uasis suis cū lampadibz. Mo-
 ram autē faciente spōso: dormitaue-
 runt omnes ⁊ dormierūt. Media autē
 nocte clamor factus est: ecce sponsus
 uenit egerit obuiā ei. Tunc surrexerunt
 omnes uirgines ille: ⁊ ornauerūt lam-
 pades suas. Fatue autē sapientibus
 dixerunt. Date nobis de oleo uestro:
 quia lampades nostre extinguuntur.
 Responderūt prudentes dicentes. Ne
 forte non sufficiat nobis ⁊ uobis: ite
 porius ad uendentes et emite uobis.
 Dum autē irent emere uenit sponsus:
 ⁊ que parate erant intrauerūt cum eo
 ad nuptias: ⁊ clausa ē ianua. Nouis-
 sime uero ueniūt et relique uirgines
 dicentes. Domine dñe. aperi nobis.

At ille respondēs ait. Amen dico uo-
 bis: nescio uos. Vigilate itaq; quia
 nescitis diē neq; horam. Sicut enim
 homo peregre proficiscens uocauit ser-
 uos: ⁊ tradidit illis bona sua. Et uni
 dedit quinq; talenta. alij autē duo. a-
 lij uero unū: unicuiq; sedam ppriam
 uirtutem: et pfectus est statim. Abijt
 autē qui quinq; talenta acceperat: et o-
 perat⁹ est in eis et lucratus ē alia duo.
 Similiter qui duo acceperat lucratus
 est alia duo. Qui autē unū acceperat
 abiens fodit in terrā: ⁊ abscondit pecu-
 niam dñi sui. Post multū uero tempo-
 ris uenit dñs seruoy illorū: et posuit
 rationē cum eis. Et accedens q̄ quinq;
 talenta acceperat: obtulit alia quinq;
 talenta dicens. Domine quinq; talenta
 tradidisti michi: ecce alia quinq; sup-
 lucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge
 serue bone ⁊ fidelis: quia sup pauca fu-
 isti fidelis. sup multa te cōstituā: intra
 in gaudiū dñi tui. Accessit autem et q̄
 duo talenta acceperat. et ait. Dñe du-
 o talenta tradidisti michi: ecce alia du-
 o lucratus sum. Ait illi dominus ei⁹.
 Euge serue bone et fidelis: quia super
 pauca fuisti fidelis. sup multa te con-
 stituā: intra in gaudiū dñi tui. Ace-
 dens autē et qui unū talentū acceperat
 ait. Dñe scio quia homo durus es:
 metis ubi nō seminasti. et congregas
 ubi nō sparsisti: et timēs abij et absco-
 di talentū tuū in terra. Ecce habes qd̄
 tuū est. Respondens autē domin⁹ ei⁹. di-
 xit ei. Serue male et piger: sciebas quā
 meto ubi nō semino. et congrego ubi
 nō sparsi. Oportuit ergo te committe-
 re pecuniā meā nūmularijs: et ueniēs
 ego recepissem utiq; qd̄ meū est cū usu-
 ra. Tollite itaq; ab eo talentū: et date
 ei qui habet decem talenta. Omni enī

habenti dabitur et abundabit: ei autem qui non habet. et quod videtur habere auferetur ab eo: et inutile seruum erit in tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor denticulorum. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angelorum cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis sue. et congregabuntur ante eum omnes gentes: et separabit eos ab invicem. sicut pastor segregat oves ab hedis. Et statuet oves quidem a dextris suis: hedos autem a sinistris. Tunc dicit rex hijs qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim. et dedistis michi manducare. Sitivi et dedistis michi bibere. Hospes eram. et collegistis me. Nudus et operuistis me. Infirmus et visitastis me. In carcere eram. et venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine. quando te vidimus esurientem et pauperem: sitientem. et dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem et collegimus te: aut nudum et cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum aut in carcere: et venimus ad te? Et respondens rex dicit illis. Amen dico vobis: quod si fecistis uni de hijs fratribus meis minimis. michi fecistis. Tunc dicit et hijs qui a sinistris erunt: discedite a me maledicti in ignem eternum. qui paratus est dyabolo et angelis eius. Esurivi enim: et non dedistis michi manducare. Sitivi: et non dedistis michi potum. Hospes eram: et non collegistis me. Nudus: et non operuistis me. Infirmus et in carcere: et non visitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes. Domine: quando te vidimus esurientem aut sitientem. aut hospitem. aut nudum. aut infirmum aut in carcere:

et non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis dicens. Amen dico vobis: quod si non fecistis uni de minoribus hijs nec michi fecistis. Et ibunt hijs in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam.

Et factum est cum consummasset ihesus sermones hos omnes. dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet: et filius hominis tradetur ut crucifigatur? Tunc congregati sunt principes sacerdotum. et seniores populi in atrium principis sacerdotum. qui dicebatur cayphas: et consilium fecerunt ut ihesum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset ihesus in bethania in domo simonis leprosi. accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi: et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli. indignati sunt dicentes. Ut quid prodicio hec? Potuit enim istud venditari multo: et dare pauperibus. Scies autem ihesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus hominum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis. Mitis enim hec unguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: ubicumque predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo. dicetur et quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas scarioth. ad principes sacerdotum: et ait illis. Quid vultis michi dare. et ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem ut eum traderet. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Vbi vis parabis tibi comedere pascha? At ihesus dixit. Ite in civitatem ad quendam: et

Dixit ei. Magister dicit: tempus meū prope est: apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihesus: et parauerunt pascha. Vespere autē facto discumbebat cū duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen dico vobis: quia vnus vestrū me traditurus est. Et contristati valde. ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine? At ipse respondens ait. Qui inciungit mecum manū in parabside. hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo: ve autē hominī illi. p quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei. si natus non fuisset homo ille. Respondens autē iudas qui tradidit eum dixit. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Et tunc autē eis accepit ihesus panem et benedixit. ac fregit: deditq; discipulis suis et ait. Accipite et comedite: hoc est corpus meū. Et accipiens calicem gratias egit: et dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meū noui testamenti: qui p multis effundetur in remissionem peccatorū. Dico autē vobis: nō bibā amodo de hęc gerimine vitis usq; in diem illū. cum illud bibam vobiscum nouū in regno patris mei. Et pmo dicto. egerunt in montem oliueti. Tunc dicit illis ihesus. Omnes vos scandalū patiemini in me in ista nocte. Scriptū est enī. Percutiā pascorē: et dispergentur oves gregis. Postq; autē resurrexero: pcedā vos in galileā. Respondens autē petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint ī te: ego nunq; scandalizabor. ait illis ihesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte anteq; gallus cāter. ter me negabis. Ait illi petrus. Et si oportuerit me mori

tecum: non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerūt. Tunc venit ihesus cum illis in villam que dicitur gethsemani. Et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec vadā illuc et orem. Et assumpto petro et duobus filijs zebedei: cepit contristari et mestus esse. Tūc ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Sustinete hic. et vigilate mecum. Et pgressus pusillū pcedit ī faciem suā orans et dicens. Mi pater: si possibile ē trāseat a me calix iste. Veruntamē nō sicut ego volo. sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos et inuenit eos dormientes: et dicit petro. Sic nō potuistis vna hęc vigiāare mecum? Vigilate et orate: ut non intretis in temptationē. Spiritus quidē promptus est: caro autē infirma. Iterū secūdo abiit. et orauit dicens. Pater mi. si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et venit iterū: et inuenit eos dormientes. Erant enī oculi eorū grauati. Et relictis illis: iterū abiit et orauit tercio eundē sermōē dicens. Tūc venit ad discipulos suos. et dicit illis. Dormite iā et quiescite. Ecce appropinquabit hora: et filiū hoīs tradetur in manus peccatorū. Surgite eamus. Ecce appropinquabit q me tradet. Ad huc ipso loquēte. ecce iudas vnus de duodecim venit: et cum eo turba multa cū gladijs et fustibus. missi a principibus sacerdotū et senioribus populi. Qui autē tradidit eum. dedit illis signū dicens. Quēcumq; osculatus fuero ipse est: tenere eum. Et confestim accedens ad ihesum dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi ihesus. Amice ad quid venisti? Tunc accesserūt et manus iniecerūt in ihesum: et tenuerūt eum. Et ecce vnus ex hīs

qui erant cum ihesu. extendens manū
egit gladiū suū: et percussit secū
principis sacerdotū amputavit auri-
culā eius. Tunc ait illi ihesus. Converte
gladiū tuū in locū suū. Omnes enī
qui acceperint gladiū. gladio peribūt.
An putas quia non possum rogare
patrē meū: et exhibebit michi modo
plusq; duodecim legiones angelorū?
Quomō ergo implebūtur scripture?
Quia sic oportet fieri. In illa hora di-
xit ihesus turbis. Tanq; ad latronē
egistis cum gladijs et fustibus cōpre-
hendere me. Quotidie apud vos sede-
bam docens in templo. et nō me tenui-
stis. Hoc autē totū factū ē: ut imple-
retur scripture pphetarū. Tunc discipuli
omnes relicto eo fugerūt. At illi tenētes
ihesum. duxerūt ad caiphan principē
sacerdotū: ubi scribe et seniores conue-
nerāt. Petrus autē sequebat eū a lōge:
usq; in atriū principis sacerdotū. Et
ingressus intus sedebat cū ministris. ut
videret finem. Principes autē sacerdo-
tum et omne conciliū querebāt falsū
testimoniū contra ihesum. ut eū morti
tradere et nō inuenerūt: cum multi
falsi testes accessissent. Nonnulli autē
venerūt duo falsi testes. et dixerūt. Hic
dixit. Possum destruere templū dei: et
post triduiū reedificare illud. Et surgēs
princeps sacerdotū ait illi. Nichil re-
spōdes ad ea q̄ isti aduersum te testifi-
cātur? Ihesus autē tacebat. Et princeps
sacerdotū ait illi. Adiuro te p̄ deū vi-
uum. ut dicas nobis si tu es cristus fi-
lius dei. Dixit illi ihesus. Tu dixisti.
Veruntamē dico vobis: amodo vide-
bitis filiū hominis sedentē a dextris
virtutis dei. et uenientem in nubibus
celi. Tunc princeps sacerdotum scidit
uestimenta sua dicens. Blasphemauit.

Quid adhuc egau? testibz? Ecce nūc
audistis blasphemā. Quid vobis vi-
detur? At illi respōdentes dixerūt. Re-
us est mortis. Tunc repuerunt in faciē
eius: et colaphis eum ceiderunt. Alij
autē palmas in faciem ei dederūt dicen-
tes: ppheta nobis criste. Quis est q̄
te percussit? Petrus vero sedebat foris in
atrio: et accessit ad eū una ancilla di-
cens. Et tu cū ihesu galileo eras. At il-
le negauit corā omnibus dicens: nesci-
o quid dicis. Exeunte autē illo iam uā-
uidit eū alia ancilla: et ait hīs qui erāt
ibi. Et hic erat cum ihesu nazaretto.
Et iterū negauit cum iuramēto: quia
nō noui hominē. Et post pusillū accel-
serunt qui stabant: et dixerūt petro. Ve-
re. et tu ex illis es. Nam et loquela tua
manifestū te facit. Tunc cepit detestari
et iurare: quia nō nouisset hominem.
Et continuo gallus cātauit. Et recor-
dat? ē petrus uerbi ihesu qd dixerat: pri-
usq; gallus cātet. ter me negabis. Et e-
gressus foras. fleuit amare. 17

¶ Tunc autē factū. consiliū interunt
omnes principes sacerdotū et se-
niores p̄li aduersus ihesum: ut eum
morti traderent. Et uinctū adduxerūt
eum: et tradiderunt pontio pilato p̄li-
di. Tunc uidens iudas qui eum tradi-
dit qd damnat? esset: penitentia duct?
retulit triginta argenteos principibz
sacerdotum et senioribz dicens. Pecca-
ui. tradens sanguinē iustū. At illi di-
xerunt. Quid ad nos? Tu uideris. Et
proiectis argenteis in templo: recessit
et abiens laqueo se suspendit. Princi-
pes autē sacerdotum acceptis argente-
is dixerunt. Non licet eos mittere in
carbonau: quia precū sanguinis est.
Consilio autē inito. emerunt ex illis a-
grum figuli in sepulturā peregrinorū:

propter hoc vocat⁹ est ager ille arhel-
demach: hoc est ager sanguinis. usq;
in hodie diem. Tunc impletum est quod
dictum est per iheremiam prophetam dicentem.
Et acceperunt triginta argenteos. precium
appreciati quem appreciauerunt a filiis israel:
et dederunt eos in agrum figuli. sicut constituit
mihi dominus. Ihesus autem stetit ante
presidem: et interrogavit eum preses dicens.
Tu es rex iudeorum? Dicit illi ihesus. Tu
dicas. Et cum accusaretur a principibus
sacerdotum et senioribus. nichil re-
spondit. Tunc dicit illi pilatus. Non
audis. quanta aduersum te dicunt testi-
monia? Et non respondit ei ad ullum
verbum: ita ut miraretur preses vehemen-
ter. Per diem autem solemne consueuerat
preses dimittere populo unum vinculum quem
voluisset. Habebat autem tunc vinculum
insigne qui dicebatur barrabas. Con-
gregatis ergo illis dixit pilatus. Quem
vultis dimittere vobis: barraban an
ihesum qui dicitur christus? Sciebat enim
ty per inuidiam tradidissent eum.
Sedente autem illo pro tribunali: misit
ad eum uxor eius dicens. Nichil tibi
et iusto illi. Multa enim passa sum
hodie pro visum propter eum. Principes
autem sacerdotum et seniores persuaserunt
populo ut peterent barraban: ihesum ve-
ro perderent. Respondens autem preses. a-
it illis. Quem vultis vobis de duobus
dimittere? At illi dixerunt. barraban. Di-
xit illis pilatus. Quid igitur faciam de
ihesu qui dicitur christus? Dicunt omnes.
Crucifigat. Ait illis preses. Quid enim
mali fecit? At illi magis clamabant
dicentes. Crucifigat. Videns autem pilatus
quia nichil proficeret sed magis tumultus
fieret: accepta aqua lauit manus
coram populo dicens. Innocens ego sum
a sanguine huius iusti: vos uideritis.

Et respondens uniuersus populus dixit.
Sanguis eius super nos. et super filios
nostros. Tunc dimisit illis barraban:
ihesum autem flagellatum tradidit eis ut
crucifigeretur. Tunc milites presidis susci-
pientes ihesum in pretorium. congrega-
uerunt ad eum uniuersam cohortem: et
sequentes eum clamantem cocineam circum-
dederunt ei: et prestantes coronam de spinis
posuerunt super caput eius: et arundinem
in dextera eius: et genu flego ante eum il-
ludabant ei dicentes. Aue. rex iudeorum.
Et repuerunt in eum: acceperunt arundi-
nem et percutebant caput eius. Et post-
quam illulserunt ei reuerunt eum clamide. et
induerunt eum uestimentis eius: et duxe-
runt eum ut crucifigerent. Secuentes autem
inueniunt hominem cyrenem nomine si-
monem. Hunc angariauerunt ut tolletet
crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur
golgatha: quod est caluarie locus. Et de-
derunt ei uinum bibere. cum felle mixtum.
Et cum gustasset. noluit bibere. Post-
quam autem crucifixerunt eum. diuiserunt uesti-
menta eius sortem mittentes: et seden-
tes seruabant eum. Et imposuerunt super
caput eius causam ipsius scriptam: hic
est rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones: unus a dextris. et unus
a sinistris. Pretereuntes autem blasphe-
mabant eum: mouentes capita sua et
dicentes. Bah qui destruis templum dei
et in triduo illud reedificas. Salua te-
metipsum: si filius dei es. Descende de
cruce. Similiter et principes sacerdotum
illudentes cum scribis et senioribus
dicebant. Alios saluos fecit: seipsum
non potest saluum facere. Si rex israel
est. Descendat nunc de cruce: et credimus ei.
Confidit in deo: liberet nunc eum si uult.
Dixit enim quia dei filius sum. Ad ipsam
autem et latrones qui crucifixi erant cum

eo-improperabūt ei. A sexta autē hora
tenebre facte sunt sup̄ uniuersam ter-
ram: usq; ad horam nonā. Et circa
horam nonā clamauit uoce magna
dicēs. Heli-heli-lamazabattani. Hoc
est. Deus meus. Deus meus: ut quid
dereliquisti me? Quidam autem illic
stantes ⁊ audientes. dicebāt. Heliā
uocat iste. Et cōtinuo currens un⁹ ex eis
acceptam spongiā impleuit aceto:
et imposuit arundini. et dabat ei bi-
bere. Ceteri uero dicebant. Sine. uide-
amus an ueniat helias liberās eum.
Ihesus autem iterum clamans uoce
magna emisit spiritum. Et ecce uelū
templi scissum est in duas partes. a
summo usq; deorsum. Et terra mo-
ta est. et petre scisse sunt. et monumen-
ta aperta sunt: et multa corpora san-
ctorum qui dormierant surrexerūt. Et
egredientes de monumentis post resur-
rectionem eius uenerunt in sanctam
ciuitatem: ⁊ apparuerūt multis. Centu-
rio autem et qui cum eo erant custodi-
entes ihesum: uiso terre motu ⁊ hīs q̄
fiebant. timuerūt ualde dicentes. Ve-
re. filius dei erat iste. Erant ibi autē mu-
lieres multe a longe. que secute erāt ihē-
sum a galilea ministrātes ei: inter q̄s
erat maria magdalene et maria iaco-
bi. et ioseph mater: ⁊ mater filiorū zebe-
dei. Cū autē sero factū esset. uenit quidā
homo diues ab arimathia uōie iō-
seph: q̄ et ip̄e discipul⁹ erat ihesu. Hic
accessit ad pilatū. ⁊ petijt corpus ihesu.
Tūc pilat⁹ iussit reddi corp⁹. Et acce-
pto corpore ioseph inuoluit illud in
syndone mūda: et posuit illud ī monu-
mento suo nouo. qd̄ rēciderat ī petra.
Et aduoluit saxū magnū ad ostium
monumētī et abiit. Erat autē ibi mari-
a magdalene. et altera maria: sedētes

cōtra sepulcrū. Altera autē die que est
post parasceuen: cōuenerūt principes
sacerdotū et pharisei ad pilatū dicētes.
Domine recordati sumus. quia sedu-
ctor ille dixit adhuc uiuens. post tres
dies resurgam. Qube ergo custodiri se-
pulcrum usq; in diem tertium: ne for-
te ueniant discipuli eius et furetur e-
um. ⁊ dicant plebi surrexit a mortuis:
et erit nouissimus error peior priorē.
Rit illis pilatus. Habetis custodiam:
ite custodite sicut scitis. Illi autem ab-
euntes. muniuerunt sepulcrum: signan-
tes lapidē cū custodibz.

Esperē autē sabbati que lucebat in
prima sabbati: uenit maria ma-
gdalene ⁊ altera maria uidere sepulcrū.
Et ecce terre motus factus est magnus.
Angelus enim domini descendit de
celo: ⁊ accedens reuoluit lapidē: ⁊ se-
debat sup̄ eum. Erat autem aspectus e-
ius sicut fulgur: et uestimentum eius
sicut nix. Ore timore autem eius reter-
riti sunt custodes: et facti sunt uelut
mortui. Respondens autem angelus.
dixit mulieribus. Nolite timere uos.
Scitis enim qd̄ ihesum qui crucifixus ē
queritis. Non est hic. surrexit enim. si-
cut dixit. Venite ⁊ uidete locū: ubi posi-
tus erat dominus. Et cito euntes dicitē
discipulis eius qd̄ surrexit: ⁊ ecce pre-
cedet uos in galileam. Ibi eū uidebitis:
ecce p̄dixi uobis. Et egerūt cito de mo-
numēto cū timore ⁊ gaudio magno:
currentes nunciare discipulis ei⁹. Et
ecce ihesus occurrit illis dicens. Auete.
Ille autē accesserunt ⁊ tenuerūt pedes e-
ius: ⁊ adorauerūt eum. Tunc ait illis
ihesus. Nolite timere. ite nunciate fea-
tibus meis ut eant in galileam: ibi
me uidebūt. Que cum abissent: ecce
quidā de custodibus uenerūt ī ciuitatē

et nunciauerunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerat. Et congregatum senioribus consilio accepto. pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt: et furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside: nos suadebimus ei et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia. fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud iudeos. usque in hodiernum diem. Undecim autem discipuli abierunt in galileam: in montem ubi constituerat illis ihesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens ihesus. locutus est eis dicens. Data est michi omnis potestas. in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti: docentes eos seruari omnia quecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. usque ad consummationem seculi.



Marcus euangelista dei electus. et petri in baptismo filii. atque in diuino sermone discipulus. sacerdotium in israel agens. secundum carnem leuita ad fidem christi conuersus. euangelium in ysaia scripsit: ostendens in eo quid ei generi suo deberet et christo. Nam initium principii in voce prophetice exclamationis instituens ordinem leuitice electionis ostendit: ut predicans predestinatum iohannem filium zacharie in voce angeli annunciantis emissum: non solum verbum carnem factum sed et corpus domini in omnia per verbum diuine vocis animatum. in

initio euangelice predicationis ostenderet: ut quis hec legens sciret cui initium carnis in domino: et ihesu aduentantis habitaculum caro deberet agnoscere: atque in se verbum vocis quod in consonantibus prodiderat inueniret. Denique et predicti euangelij opus intras et a baptismo domini predicare deum inchoans non laborauit nauitatem carnis quam in prioribus videtur dicere: sed totius exprimens positionem deserti numerum ieiunij temptatione dyaboli. congregatione bestiarum. et ministerium preulit angelorum: ut instituens nos ad intelligendum singula. in breui compingens. nec auctoritate facte rei demeret. et proficiendi operis plenitudinem non negaret. Denique amputasse sibi post fidem pollicem dicit. ut sacerdotis reprobus haberetur: sed tantum consentiens fidei predestinata protulit electio: ut nec sic in opere verbi perderet quod prius meruerat in genere. Nam alexandrie episcopus fuit. Cuius per singula opus fuit scire et euangelij in se dicta disponere: et disciplinam legis in se agnoscere: et diuinam in carne dei intelligere naturam. Que in nos primum requirit. dehinc inquisita volumus agnosci habentes mercedem exhortationis: quoniam qui plantat et qui rigat unum sunt: qui autem incrementum prestat deus est.

Initium euangelij ihesu christi filij dei: sicut scriptum est in ysaia propheta. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto. Parate viam domini: rectas facite semitas eius. fuit in deserto iohannes baptizans et predicans baptismum penitentie: in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis

iudee regio et iherosolimite uniuersi
et baptizantur ab illo in iordanis
flumine confitentes peccata sua. Et
erat iohannes uestitus pilis camelor-
um et zona pellicea circa lumbos e-
ius: et locustas et mel siluestre edebat:
et predicabat dicens. Veniet fortior me
post me: cuius non sum dignus percumbens
soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego
baptizavi vos aqua: ille vero baptiza-
bit vos spiritu sancto. Et factum est
in diebus illis: venit ihesus a naza-
reth galilee et baptizatus est a iohanne
in iordane. Et statim ascendens de a-
qua vidit celos apertos: et spiritum san-
ctum tanquam columbam descendentem et
manentem in ipso. Et vox facta est de
celis. Tu es filius meus dilectus: in te
complacui. Et statim spiritus expulit
eum in desertum. Et erat in deserto qua-
draginta diebus et quadraginta no-
ctibus: et temptabatur a sathana. Erat
quoque cum bestiis: et angeli ministrabant
ei. Postquam autem traditus est iohannes:
venit ihesus in galileam predicans eu-
angelium regni dei et dicens. Quoniam
impletum est tempus: et appropinqua-
uit regnum dei. Penitentiam: et credite eu-
angelio. Et pertransiens secus mare gali-
lee: vidit simonem et andream fratrem eius
mittentes retia in mare. Erant enim pis-
catores. Et dixit eis ihesus. Venite
post me: et faciam vos fieri pisces
hominum. Et primum relictis retibus se-
cuti sunt eum. Et processus inde pusil-
lum vidit iacobum zebedi et iohannem
fratrem eius et ipsos componentes re-
tia in nauis: et statim vocauit illos. Et
relicto patre suo zebedeo in nauis cum
mercennariis: secuti sunt eum. Et in-
grediuntur capharnaum: et statim sab-
batis ingressus in sinagogam docebat

eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat
enim docens eos quasi potestatem ha-
bens: et non sicut scribe. Et erat in sina-
goga eorum homo in spiritu immundo:
et exclamauit dicens. Quid nobis et
tibi ihesu nazarene? Venisti perdere
nos. Scio qui sis: sanctus dei. Et con-
minatus est ei ihesus dicens. Obmu-
tesce: et tace de homine. Et discerpens e-
um spiritus immundus: et exclamans
voce magna: eijt ab eo. Et mirati sunt
omnes: ita ut conquirerent inter se dice-
tes. Quid nam est hoc? Que nam do-
ctrina hec noua? Quia in potestate spi-
ritibus immundis imperat: et obediunt
ei. Et precessit rumor eius statim in omnem
regionem galilee. Et primum egredientes
de sinagoga: uenerunt in domum simo-
nis et andree cum iacobo et iohanne.
Decubebat autem soccus simonis
febricitans: et statim dicunt ei de illa. Et
accedens eleuauit eam apprehensa ma-
nu eius: et continuo dimisit eam febris:
et ministrabat eis. Vespere autem fa-
cto cum occidisset sol afferebant ad eum
omnes male habentes: et demonia
habentes: et erat omnis ciuitas congre-
gata ad ianuam. Et curauit multos
qui uegebantur varijs languoribus:
et demonia multa eiciebat: et non sine-
bat ea loqui quoniam sciebant eum. Et
diluculo valde surgens egressus abiit
in desertum locum: ibique orabat. Et pro-
secutus est eum simon: et qui cum illo
erant. Et cum inuenissent eum dixerunt
ei: quia omnes querunt te. Et ait illis.
Eamus in primum vicus et ciuitates:
ut et ibi predicem. Ad hoc enim ueni. Et
erat predicans in sinagogis eorum et in om-
ni galilea: et demonia eiciens. Et
uenit ad eum leprosus deprecans eum:
et genu flexo dixit. Si uis potes me

mundare. Ihesus autem miseratus eius extendit manum suam: et tangens eum ait illi. *Volo. Mundare.* Et cum dixisset statim discessit ab eo lepra: et mundatus est. Et comminatus est ei statimque eiecit illum: et dicit ei. Vide ne cui dixeris: sed vade ostende te principi sacerdotum: et offer pro emundatione tua. *quod precepit moyses in testimonium illis.* Et egressus cepit predicare et diffamare sermonem: ita ut iam non posset manifeste introire in civitatem sed foris in desertis locis esse: et conveniebant ad eum undique.

Et ita intrauit capharnaum post dies: et auditum est quod in domo esset et convenerunt multi ita ut non caperet neque ad ianuam: et loqueretur eis verbum. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum: qui a struor portabatur. Et cum non posset offerre eum illi pro turba nudaverunt tectum ubi erat: et patefacientes submisericunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cum autem vidisset ihesus fidem illorum: ait paralytico. *Fili dimittunt tibi peccata tua.* Erant autem illic quidam de scribis sedentes: et cogitantes in cordibus suis. *Quid hic sic loquitur? Blasphemat. Quis potest dimittere peccata: nisi solus deus?* Quo statim cognito ihesus spiritu suo quia sic cogitarent intra se: dicit illis. *Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere paralytico dimittuntur tibi peccata: an dicere surge tolle grabatum tuum et ambula? Ut autem sciant quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: ait paralytico. Tibi dico surge: tolle grabatum tuum: et vade in domum tuam.* Et statim surrexit ille: et sublato grabato abiit inde coram hominibus ita ut mirarentur omnes et honorificarent deum dicentes:

quia nunquam sic vidimus. Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba conveniebat ad eum: et docebat eos. Et cum preteriret vidit levi alphei sedentem ad theloneum: et ait illi. *Sequere me.* Et surgens secutus est eum. Et factum est cum accumberet in domo illius: multi publicani et peccatores simul discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Erant enim multi qui et sequebantur eum. Et scribe et pharisei videntes quia manducaret cum publicanis et peccatoribus: dixerunt discipulis eius. *Quare cum publicanis et peccatoribus manducat et bibit magister vester?* Hoc audito ihesus ait illis. *Non necesse habet sani medico: sed qui male habent. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores.* Et erant discipuli iohannis et pharisei ieiunantes: et veniunt et dicunt illi. *Quare discipuli iohannis et phariseorum ieiunant: tui autem discipuli non ieiunant?* Et ait illis ihesus. *Nunquam possunt filii nuptiarum quod diu sponsus est cum illis ieiunare? Quamto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. Veniet autem dies cum auferetur ab eis sponsum: et tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri. Alioquin auferet supplementum novum a veteri: et maior scissura fit. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin dirumpet vinum utres: et vinum effundetur: et utres percibunt. Sed vinum novum in utres novos mitti debet.* Et factum est ita cum sabbatis ambularet per sata: et discipuli eius ceperunt pregressi et vellere spicas. Pharisei autem dicebant ei. *Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis: quod non licet.* Et ait illis. *Nunquam legistis quod fecerit david quando necessitatem habuit et esurivit*

ipse et qui cum eo erant: quomodo introiit
in domum dei sub abiatthar principe sa-
cerdotum et panes propositionis manduca-
uit quos non licebat manducare nisi solis
sacerdotibus et dedit eis et qui cum eo erant.
Et dicebat eis. Sabbatum propter hominem
factum est: et non homo propter sabbatum. Ita-
que dominus est filius hominis etiam sabbati.

Et introiit iterum in sinagogam:
et erat ibi homo habens manum
aridam. Et observabant eum si sabbatis
curaret: ut accusarent illum. Et ait homi-
ni habenti manum aridam. Surge in me-
dium. Et dicit eis. Licet sabbatis bene-
facere an male: animam saluam facere
an perdere? At illi tacebant. Et circumspec-
tans illos cum ira: contristatus super
recitatem cordis eorum dicit homini. Ex-
tende manum tuam. Et extendit: et restitu-
ta est manus illi. Exeuntes autem pha-
risei statim cum herodianis conciliium
faciebant adversus eum: quomodo eum
perderent. Ihesus autem cum discipulis
suis secessit ad mare: et multa turba
a galilea et iudea secuta est eum: et ab
iherosolymis et ab ydumea et trans ior-
dananem et qui circa tyrum et sydonem
multitudo magna audientes que fa-
ciebat venerunt ad eum. Et dixit ihesus
discipulis suis: ut in navicula sibi de-
sevierent propter turbam ne comprimerent
eum. Multos enim sanabat: ita ut ire-
ruerent in eum ut illum tangerent quot-
quot habebant plagas. Et spiritus im-
mundi cum illum videbant perdebant
ei: et clamabant dicentes. Tu es filius
dei. Et vehementer comminabatur eis: ne
manifestarent illum. Et ascendens in
navem vocavit ad se quos voluit ipse:
et venerunt ad eum. Et fecit ut essent du-
odecim cum illo: et ut mitteret eos pre-
dicare. Et dedit illis potestatem curandi

infirmos: et eiciendi demonia. Et
imposuit simoni nomen petrus. Et
iacobum zebedei et iohannem fratrem ia-
cobi: et imposuit eis nomina boaner-
ges quod est filius tonitruum. Et andream
et philippum et bartholomeum et mattheum:
et thomam et iacobum alphai et thaddeum
et simonem cyananem: et iudam scarioth
qui tradidit illum. Et venit ad domum.
Et convenit iterum turba: ita ut non pos-
set neque panem manducare. Et cum au-
dissent sui: egerunt tenere eum. Dicebant
etiam: quoniam in furorem verus est. Et
scribe qui ab iherosolymis descenderat
dicebant quoniam beelzebub habet: et quia
in principe demoniorum eicit demonia. Et
convocatis eis: in parabolis dicebat
illis. Quomodo potest sathanas satha-
nam eicere? Et si regnum in se dividat:
non potest regnum illud stare. Et si do-
mus super semetipsam dispiciatur: non
potest domus illa stare. Et si satha-
nas convulserit in semetipsum dispici-
tur: et non poterit stare sed finem habet.
Nemo potest vasa fortis ingressus in
domum diripere nisi prius fortem allig-
get: et tunc domum eius diripiet. Amen
dico vobis: quoniam omnia dimittentur
filiis hominum peccata et blasphemie
quibus blasphemaverunt. Qui au-
tem blasphemaverit in spiritum sanctum
non habebit remissionem in eternum: sed
reus erit eterni delicti: quoniam dicebant spiritum
immundum habet. Et venit ma-
ter eius et fratres: et foris stantes miserunt
ad eum vocantes eum. Et sedebat circa eum
turba: et dicunt ei. Ecce mater tua et fra-
tres tui foris querunt te. Et respondens
eis ait. Que est mater mea et fratres
mei? Et circumspectans eos qui in circuitu
eius sedebant ait. Ecce mater mea et fratres
mei. Qui enim fecerit voluntatem dei: hic

frater me⁹ & soror mea & mater e⁹. (111)

Et iterum cepit docere ad mare: et congregata est ad eum turba multa ita ut in nauim ascenderis sederet in mari: & omnis turba circa mare super terram erant: et docebat eos in parabolis multa: & dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce egit seminans ad seminandum. Et dum seminat: aliud cecidit circa viam & ventecunt volucres celi et comederunt illud. Aliud vero cecidit super petrosa ubi non habuit terram multam: & statim egerit est quoniam non habebat altitudinem terre: & quando egerit est sol egerit est et eo quod non habebat radicem egerit. Et aliud cecidit in spinas: et ascenderunt spine et suffocauerunt illud: & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam et dabat fructum ascendentem & crescentem: et afferbat unum triginta & unum sexaginta: et unum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Et cum esset singularis: interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam. Et dicebat eis. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: illis autem qui foris sunt in parabolis omnia sunt. ut videntes videant et non videant: & audientes audiant & non intelligant: ne quando conuertantur & dimittant eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolae cognoscetis? Qui seminat verbum seminat. Hi autem sunt qui circa viam ubi seminatur verbum: et cum audierint confestim venit sathanas et auferit quod seminatum est in corde eorum. Et hi sunt similiter qui supra petram seminatur: qui cum audierit verbum statim cum gaudio accipit illud et non habent radicem in se sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum

confestim scandalizant. Et alii sunt qui in spinis seminatur. Hi sunt qui verbum audiunt: et crumme seculi & deceptio diuitiarum et circa reliqua concupiscentie introeuntes suffocant verbum: & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum & suscipiunt: & fructificat unum triginta unum sexaginta & unum centum. Et dicebat illis. Numquid venit lucerna ut sub modio ponatur aut sub lecto? Nonne ut super candelabrum ponatur? Non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur: nec factum est occultum quod non veniat in palam. Si quis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis. Videte quid audiat. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Qui enim habet dabitur illi: et qui non habet: etiam quod habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est regnum dei: quemadmodum si homo iaceat semetipsum in terram & dormiat: et resurgat nocte & die et semini germinet & increseat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat: primum herbam deinde spicam: deinde plenum frumentum in spica. Et cum se produxerit fructus statim mittit falce: quoniam adest messis. Et dicebat. Cui assimilabimus regnum dei: aut cui parabolae comparabimus illud? Sicut granum sytrapis quod cum seminatum fuerit in terra minus est omnibus seminibus que sunt in terra: et cum natum fuerit ascendit in arborem: et sic manus omnibus oleibus: et facit ramos magnos ita ut possint sub umbra eius aues celi habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum putaret audire: sine parabola autem non loquebatur eis. Prosum autem discipuli discerebat omnia. Et ait illis in illa die cum sero esset factum. Transiamus

116
cōtra. Et dimittentes turbā assumūit
eum ita ut erat in nauī: et alie naues
erant cum illo. Et facta est pcella ma-
gna uenti: et flud⁹ mittebat ī nauim:
ita ut impleteretur nauis. Et erat ipse
in puppi super ceruical dormiens: et ex-
citant eum et dicūt illi. Magister: nō
ad te ptinet quia pecimus? Et resur-
gens cōminatus est uento: et dixit ma-
ri. Tace: obmutesce. Et cessauit uentus:
et facta est tranquillitas magna. Et
ait illis. Quid timidi estis? Necdū ha-
beris fidē. Et timuerūt timore magno:
et dicebāt ad alterū. Quis putas est
iste: quā uent⁹ et mare obediūt ei.

Et uenerūt trans fretū maris ī re-
gionē gerasenoꝝ. Et exeuntes ei de
nauī statim occurrit de monumentis ho-
mo in spiritu immūdo: qui domiciliū
habebat in monumentis. Et neq; ca-
thenis iam quib; poterat eum ligare:
quoniā sepe compedibus et cathenis
uinctus. Dirupisset cathenas et cōpedes
cōminuisset: et nemo poterat eū doma-
re. Et semp die ac nocte in monumen-
tis et in montib; erat clamās: et con-
cidens se lapidibus. Videns autē ihe-
sum a longe cucurrit et adorauit eum:
et clamans uoce magna dixit. Quid
michi et tibi ihesu fili dei altissimi? Ad-
iuro te p deū ne me torqueas. Dicebat
enim illi. Esi spiritus immūde ab ho-
mine isto. Et interrogabat eū. Quod
tibi nomē est? Et dicit ei. Legio michi
nomē est: quia multi sum⁹. Et deprecā-
batur eum multū: ne se expelleret extra
regionē. Erat autē ibi circa montē gree
porcor; magnus pascuis in agris: et
deprecabānt eum spiritus dicētes. Mitte
nos ī porcos: ut ī eos itream⁹. Et con-
cessit eis statim ihesus. Et exeuntes spirit⁹
immūdi introierūt ī porcos: et magno

impetu greg p̄cipitatus est in mari ad
duo milia: et suffocati sunt in mari.
Qui aut pascēbāt eos fugerūt: et nun-
ciauerūt in ciuitatem et in agros. Et e-
gressi sunt uidere quid esset facti: et uene-
runt ad ihesum: et uident illū qui a de-
monio uegabatur sedentem uestitum
et sane metuis. et timuerūt. Et narra-
uerūt illis qui uiderāt qualiter factum
esset ei qui demoniū habuerat: et de por-
cis. Et rogare reperūt eum: ut discede-
ret de finibus eor;. Cumq; ascenderet
nauim: cepit illū deprecari qui a demo-
nio uegatus fuerat ut esset cum illo et
non admisit eum: sed ait illi. Vade in
domū tuam ad tuos: et annuncia illis
quāta tibi dñs fecerit: et miseratus sit
tui. Et abiit et cepit p̄dicare in decapoli-
quāta sibi fecisset ihesus: et omnes mi-
rabātur. Et cum ascendisset ihesus in
nauim rursum trans fretū conuenit
turba multa ad eum: et erat circa ma-
re. Et uenit quidā de archisynagogis
nomine iayrus: et uidens eum p̄cidit
ad pedes eius: et deprecabatur eū multū
dicens. quoniā filia mea in extremis ē.
Veni impone manū tuā sup eam: ut
salua sit et uiuat. Et abiit cū illo: et se-
quebatur eum turba multa: et cōprime-
bant eū. Et mulier q̄ erat in p̄luuio
sanguinis annis duodecim et fuerat
multa p̄ssa a cōpluribus medicis:
et rogauerat omnia sua. nec quicq;
profecerat: sed magis deterius habebat.
Cum audisset de ihesu uenit in turba
retro: et tetigit uestimentū ei⁹. Dicebat
enim: quia si uel uestimentū eius teti-
gero salua ero. Et confestim sicatus
ē fons sanguinis ei⁹: et sensit corpore
quā sanata esset a plaga. Et statim ihe-
sus in semetipso cognoscens uirtutē
que exierat de illo: cōuersus ad turbā

aiebat. Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui. Vides turbam comprimentem te. et dicis quis me tetigit? Et circūspiciebat videre eā que hoc fecerat. Mulier vero timens et tremēs sciens quod factū esset in se: venit et prōdidit ante eum et dixit ei omnem veritatem. Ille autē dixit ei. Filia fides tua te saluā fecit: vade in pace: et esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquēte veniūt nūcī ad archisynagogū dicentes: quā filia tua mortua ē. Quid ultra vegas magistrū? Ihesus autē audito verbo quod dicebatur: ait archisynagogo. Noli timere: tantūmodo crede. Et non admisit quēquā se sequi: nisi petrum et iacobū et iohannem fratrem iacobi. Et veniūt in domū archisynagogi. Et vidit tumultū et fletus et eulantes multum: et ingressus ait illis. Quid turbamini et ploratis? Puella nō ē mortua sed dormit. Et incidēbat eum. Ipse vero eiecit omnibz assumit patrem et matrem puelle. et qui secū erāt: et ingrediūtur ubi puella erat iacens: et tenens manū puelle ait illi. Thabitha cum: quod est interpretatū. puella tibi dico surge. Et cōfestim surrexit puella: et ambulabat. Erat autē ānorū duodecim. Et obstupuerūt stupore magno. Et prōcepit illis vehementer. ut nemo id sciret: et dixit dare illi manducare.

Et egressus inde abiit in patriā suā: et sequentur eum discipuli sui. Et facta sabbato cepit in synagoga docere: et multi audientes. ammirabānt in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia? Et que est sapientia quā data est illi: et virtutes tales quā per manū eius efficiūtur? Nōne hic est faber filius marie: frater iacobi et ioseph et iude et simonis? Nōne et sorores eius

hic nobiscū sunt? Et scandalizabatur in illo. Et dicebat illis ihesus: quā nō est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua et in cognatione sua. Et nō poterat ibi virtutem ullā facere nisi paucos infirmos impositis manibz curavit: et mirabatur propter incredulitatem eorū: et circūibat castella in circuitu docens. Et vocavit duodecim: et cepit eos mittere binos: et dedit illis potestatem spiritū immūdorū. Et prōcepit eis ne quid tollerent in via nisi virgā tantum: nō perā nō panem neq; in zona es sed calciatos sandalijs: et ne induerentur duabz tunicis. Et dicebat eis. Quocūq; introieritis in domū illic manete donec egeatis inde: et quicūq; nō receperint vos nec audierint vos: egressus inde ecutite pulverē de pedibus vestris in testimonium illis. Et egressus prōdicabāt ut penitentiam agerēt: et demonia multa eiciebāt: et ungebāt oleo multos egros et sanabant. Et audiuit rex herodes: manifestū enī factū ē nōmē eius: et dicebat. Quia iohānes baptista resurrexit a mortuis: et propterea virtutes operantur in illo. Alij autē dicebāt quia helias est: alij vero dicebant quia propheta est quasi vnus ex prophetis. Quo audito herodes ait. Quē ego decollavi iohannē hic a mortuis resurrexit. Ipse enim herodes misit ac tenuit iohannē et vinxit eum in carcerem propter herodiadē uxore philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enī iohānes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: et volebat occidere eum nec poterat. Herodes autē metuebat iohannē sciens eum virū iustū et sanctū et custodiebat eū: et audito eo multa faciebat: et libenter eū audiebat. Et cum

dies oportuno accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee. Cuius introisset filia ipsius herodiadis: et saltasset et placuisset herodi simulque recumbentibus: regem ait puella. Vere a me quod vis: et dabo tibi. Et iuravit illi: quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cum egisset: dixit matri sue. Quid petas? At illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cuius introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit dicens. Volo: ut primum des michi in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex. Propter iusurandum et propter simul discubentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco: et decolavit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco: et dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento. Et convenientes apostoli ad ihesum: renunciaverunt ei omnia que egerant et docuerant. Et ait illis. Venite seorsum in desertum locum: et requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant et rediebant multi: et nec spatium manducandi habebant. Et ascendentes in navim abierunt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes: et cognoverunt multi: et pedestres de omnibus civitatibus cucurrerunt illuc et pervenerunt eos. Et egrediens vidit turbam multam ihesus: et misertus est super eos quia erant sicut oves non habentes pastorem: et cepit illos docere multa. Et cum iam hora multa fieret: accesserunt discipuli eius dicentes. Desertus locus est hic: et iam hora preterijt. Dimitte illos: ut euntes in proximas villas et viros emant sibi cibos quos manducet.

Et respondens ait illis. Date illis manducare. Et dixerunt ei. Euntes emant ducentis denariis panes: et dabimus illis manducare. Et dicit eis. Quot panes habetis? Ille et videte. Et cum cognovissent dicunt. Quingus. Et ducit pisces. Et precepit illis ut accubere facerent omnes secundum rotabettum super viridem fenum. Et discubuerunt in partes: per centenos et quinquagenos. Et accepit quingus panibus et duobus piscibus: intuens in celum benedixit et fregit panes et dedit discipulis suis ut ponerent ante eos: et ducit pisces divisit omnibus. Et manducaverunt omnes: et saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos: et de piscibus. Erant autem qui manducaverunt quingus milia virorum. Et statim coegit discipulos suos ascendere navim ut prederent eum trans fretum ad bethsайдan: dum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos: abiit in montem orare. Et cum sero esset erat navis in medio mari: et ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enim ventus contrarius eis: et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: et volebat preterire eos. At illi ut viderunt eum ambulantem supra mare putaverunt fantasma esse: et exclamaverunt. Omnes enim viderunt eum: et conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: et dixit eis. Confidite. Ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in navim: et cessavit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor eorum obcecatum. Et cum transectassent venerunt in terram genesareth: et applicuerunt. Cumque egressi essent de navis continuo cognoverunt

rum: et pauciores vniuersā regionē illam ceperāt ī grabatis eos qui se male habebāt circūferre ubi audiebāt eū esse. Et quocūq; introiebat in vicos uel in villas aut ciuitates: in plateis ponebāt infirmos. et deprecabant eum uel simbriā uestimenti eius tangere: et quōtē tangebāt eū salui fiebāt.

Et conueniunt ad eum pharisei et quidā de scribis: uenientes ab iherosolimis. Et cū uidissent quosdā de discipulis eius cōmunibz manibz id est non lotis manducare panes: vituperauerūt. Pharisei enim et omnes iudei nisi crebro lauerint manus non māducant tenentes traditionē seniorum: et a foris nisi baptizent nō comedunt: et alia multa sunt que tradita sunt illis seruari. baptisimata calicū et urceoy et eramentoy et lectorum. Et interrogabant eum pharisei et scribe. Quare discipuli tui nō ābulant iuxta traditionem senioroy: sed cōmunibus manibus manducant panē? At ille respondēs dixit eis. Bene pphetauit ysaias de uobis ypocritis: sicut scriptū est. Populus hic labijs me honorat: cor aut̄ eoy longe est a me. Inuanum autē me colunt docentes doctrinas et p̄cepta hominū. Relinquentes enim mandatū dei tenetis traditiones hominū: baptisimata urceoy et calicū et similia hīs facitis multa. Et dicebat. Bene ieritū fecistis p̄ceptū dei: ut traditionem uestrā seruetis. Moyses enī dixit. Non ora patrem tuū et matrē tuā: et qui maledixerit patri uel matri morte moriā. Vos aut̄ dicitis. Si dixerit homo patri aut matri corban quōd est donū quocūq; eē me tibi pfuerit: et ultra nō dimittitis eū quicūq; facere patri suo aut matri: rescindentes uerbū dei

per traditionē uestrā quā tradidistis. Et multa filia hui⁹ facitis. Et aduocans ieritū turbā dicebat illis. Audite me omnes et intelligite. Nichil ē extra hominē introiens in eum quōd possit eum coinquinare: sed que de homine procedūt illa sunt quā cōmunicāt hominē. Si quis habet aures audiendi audiat. Et cum introisset in domū a turba: interrogabāt eum discipuli e⁹ parabolā. Et ait illis. Sic et uos imprudentes estis: Non intelligitis quā omne extrinsecus introiens in hominē non potest eum cōmunicare quia nō intrat in cor eius: sed in uentrem uadit et ī secessum egit purgās omnes escas? Dicebat aut̄: quoniā illa que de homine exeunt illa cōmunicant hominē. Abintus enim de corde hominū male cogitationes procedūt: adulteria. fornicationes. homicidia. furta. auaricie. nequicie. dol⁹. impudicie. ocul⁹ malus: blasphemia. superbia. stulticia. Omnia hec mala abintus procedūt: et cōmunicāt hominē. Et inde surgetis abijt ī fines syri et sydonis: et ingressus domū neminē uoluit scire: et non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo cui⁹ filia habebat spiritū immundū intrauit: et p̄didit ad pedes eius. Erat enī mulier gentilis: syrophenissa genere. Et rogabat eum ut demoniū eiceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios. Non est enim bonū sumere panē filioy: et mittere canibus. At illa respondit: et dixit illi. Vniq; dñe. Nā et canelli comedunt sub mensa de micis p̄uorū. Et ait illi. Propter hunc sermonē uade: egeat demonium de filia tua. Et cum abiisset domum inuenit puellā iacentem supra lectum: et demonium egressse.

Et iterū egressus de finibus tyri venit per
sydonem ad mare galilee inter medi-
os fines decapoleos. Et adducunt ei
surdum et mutū. Et deprecabantur eū
ut imponat illi manū. Et apprehendēs
eū de turba seorsū misit digitos suos
ī auriculas ei⁹: ⁊ repuēs tetigit linguā
eius: et suspiciens in celū ingemuit. et
ait illi. Effecta: qđ ē adaperire. Et sta-
tim aperte sunt aures eius: et solutū
est vinculū lingue eius: et loquebatur
recte. Et precepit illis ne cui dicerent.
Quāto autē eis p̄cipiebat tāto magis
plus p̄dicabāt: et eo ampli⁹ ammirabā-
tur. dicētes. Bene omnia fecit: et surdos
fecit audire: et mutos loqui.

In diebus illis ites cū turba multa esset
nec haberent qđ māducarent: cōvoca-
tis discipulis ait illis. Misereor super
turbā: quia ecce iam triduo sustinent
me nec habēt qđ māducāt: et si dimise-
ro eos ieiunos in domū suā deficient
in viā. Quidā enim ex eis de longe ve-
nerūt. Et responderūt ei discipuli sui.
Vnde illos poterit quis hic saturare
panibz ī solitudine? Et interrogavit
eos. Quot panes habetis? Qui dixe-
runt. Septem. Et p̄cepit turbe discum-
bere sup terrā. Et accipiens septem pa-
nes gratias agens fregit: et dabat dis-
cipulis suis ut apponerent: ⁊ apposue-
runt turbe. Et habebāt pisciculos pau-
cos: ⁊ ip̄os benedixit: et iussit apponi.
Et māducaverunt et saturati sunt: et
sustulerūt qđ superauerat de fragmen-
tis septem sportas. Erant autem qui
manducaverāt q̄si quatuor milia. et
dimisit eos. Et statim ascendens na-
uim cū discipulis suis: venit in partes
dalmanutha. Et egressi sunt pharisei et
ceperūt cōquirere eū eo: querentes ab il-
lo signum de celo: temptantes eum.

Et ingemiscēs spiritu ait. Quid gene-
ratio ista signū querit? Amē dico vo-
bis: si dabitur generationi istī signū.
Et dimittens eos ascendit iterū nauī:
et abiit trans fretū. Et obliti sunt pa-
nem sumere: et nisi unū panē non ha-
bebāt secū ī nauī. Et p̄cipiebat eis dicēs.
Videte et caute a fermento phariseo-
rum: et fermento herodis. Et cogita-
bant ad alterutrū dicentes: quia panes
non habem⁹. Quo cognito: ait illis
ihesus. Quid cogitatis quia panes
non habetis? Nondum cognoscitis
nec intelligitis? Adhuc recatū habe-
tis cor vestrū. Oculos habentes nō vi-
detis: et aures habētes non auditis.
Nec recordamini quādo quinq; panes
fregi ī quinq; milia: et q̄t cophinos fra-
gmentorū plenos sustulistis? Dicunt
ei. Duodecim. Quādo et septem panes
in quatuor milia: q̄t sportas fragmen-
torū tulistis? Et dicunt ei. Septem. Et
dicebat eis. Quomodo nondū intelli-
gitis? Et veniūt bethsaida: ⁊ adducūt
ei cecū: ⁊ rogabāt eum ut illū tangeret.
Et apprehensa manu ceci eduxit eum
extra vicū: et repuēs in oculos eius
impositis manibz suis: interrogavit
eum si quid videret. Et aspiciens ait.
Video homines velut arbores ābu-
lantes. Deinde ites imposuit manus
sup oculos ei⁹ et cepit videre: et restitū-
tus est: ita ut clare videret omnia. Et
misit illū ī domū suā dicens. Vade in
domū tuā: et si ī vicū introieris nemini
dixeris. Et ingressus ē ihesus ⁊ discipuli
ei⁹ castella cesaree philippi: et ī viā in-
terrogabat discipulos suos dicens eis.
Quem me dicūt esse homines? Qui re-
sponderunt illi dicentes. Iohannē ba-
ptistā: alij helyam: alij vero q̄si unū de
prophetis. Tunc dicit illis. Vos vero

quem me esse dicitis? Respondens pe-
trus ait ei. Tu es christus. Et cōminat⁹
est eis: ne cui dicerent de illo. Et cepit
docere eos quoniā oportet filiū hoīs
pati multa & reprobari a senioribus &
a sūmis sacerdotibus et scribis & occi-
di: & post tres dies resurgere. Et palā
verbū loquetatur. Et apprehendēs eū
petrus: cepit increpare eū. Qui cōuer-
sus & videns discipulos suos: commi-
natus est petro dicens. Vade retro me
sathana: quoniā nō sapiš que dei sūt
sed que sunt hominum. Et cōvocata
turba cum discipulis suis: dixit eis. Si
quis vult me sequi denegat semetipsum:
et tollat crucem suā & sequat^r me. Qui
enim voluerit animā suā saluā facere
pdet eam: qui autē pdiderit animam
suā ppet me et euangeliū: saluā faciet
eā. Quid enim pdeat hominī si lucre-
tur mundū totū: et detrimentū anime
sue faciat? Aut quid homo cōmuta-
tionis dabit pro anima sua. Qui e-
nim me confusus fuerit et verba mea ī
generatōne ista adultera & peccatrice:
et fili⁹ hoīs confundet eū cū venerit in
gloria patris sui cū āgelis sctis. (111)

¶ Et dicebat illis. Amen dico vo-
bis: quia sunt quidā de hic stan-
tibus qui nō gustabūt mortē: donec
videāt regnū dei veniens ī virtute. Et
post dies sex assumpsit ihesus petrū &
iacobū et iohannē: et ducit illos in
mōtem excelsum solos: & tñsfigurat⁹
ē corā ipis. Et vestimēta eius facta sūt
splendētia & candida nimis velut nix:
qualia fulgo non potest sup terrā can-
dida facere. Et apparuit illis helyas
cum moyse: et erāt loquentes cū ihesu.
Et respōdens petrus ait ihesu. Rabbi
bonū est nos hic esse: & faciamus tria
tabernacula: tibi unū: & moyse unū: et

helye unū. Non enim scietat qd diceret.
Et ante enim timore exterriti. Et facta ē
nubes obumbrās eos: et venit vox de
nube dicens. Hic est filius me⁹ carissi-
mus: audite illū. Et statim circumspi-
cientes: neminē amplius viderūt nisi
ihesum tantū secū. Et descendētib⁹ il-
lis de monte pcepit illis ne cuiquā qd
vidissent narrarent: nisi cū filius ho-
minis a mortuis resurrexerit. Et ver-
bum contineerūt apud se: conquiren-
tes quid esset cum a mortuis resurrexe-
rit. Et interrogabāt eū dicentes. Quid
ergo dicūt pharisei et scribe qā helyam
oporteat venire primum? Qui respon-
dens ait illis. Helyas cū venerit pmo
restituēt omnia: et quomō scriptum est
in filiū hoīs: ut multa patiatur & con-
temnat. Sed dico vobis: qā et helyas
venit: et fecerūt illi quecumq; voluerūt
sicut scriptum est de eo. Et veniens ad
discipulos suos vidit turbā magnā cir-
ca eos: et scribas cōquirentes cū illis.
Et confestim omnis ppls vidēs ihesum
stupfact⁹ est et repauerūt: & accurretes
salutabant eum. Et interrogavit eos.
Quid inter vos cōquiritis? Et respon-
dens unus de turba dixit. Magister ac-
tuli filiū meū ad te habentem spiritum
imū: qui ubicumq; eū apprehenderit
allidit illū: & spumat et scidet dentibz
et arefcit. Et dixi discipulis tuis ut eice-
rent illū: et non potuerūt. Qui respon-
dens eis dixit. O generatō incredula:
q; diu apud vos ero? Quā diu vos
patiar? Afferte illū ad me. Et attule-
runt eum. Et cū vidisset eū statim spi-
ritus conturbavit illū: et elisus in ter-
ram volutabat spumās. Et interro-
gavit patrē eius. Quantū temporis
ē ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab
infantia. Et frequēter eū in ignē et in

aquā misit: ut eū pderet. Sed si quid potes. adiuua nos: misericors nr̄i. Ihesus aut̄ ait illi. Si potes credere quia possibilis credenti. Et continuo reclamans pater pueri cū lacrimis aiebat. Credo dñe: adiuua incredulitatē meā. Et cū vidisset ihesus cōcurrentem turbam: rōminatus est spiritui immūdo dicens illi. Burde et mute spiritus. ego p̄cipio tibi exi ab eo: et amplius ne introeas in eum. Et reclamās et multū discerpens eum exiit ab eo: et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerēt quā mortuus est. Ihesus aut̄ tenēs manū eius eleuauit eum: et surrexit. Et cū introisset in domū: discipuli eius secreto interrogabāt eū. Quare nos nō potuim⁹ eicere eū? Et dixit illis. Hoc gen⁹ ī nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Et inde p̄fecti p̄cegradietantē galileā: nec volebat quēquā scire. Docēbat aut̄ discipulos suos: et dicebat illis quoniā filius hominis tradetur in manus hominū. et occidēt eum: et occisus tertia die resurget. At illi ignorabāt verbū: et timebāt interrogare eū. Et uenerūt capharnaū. Qui cum domi essent interrogabat eos. Quid ī uia tractabatis? At illi tacebant. Si quidem in uia inter se disputauerāt: quis eorū maior esset. Et residens uocauit duodecī: et ait illis. Si quis uult p̄cimus esse: erit omninū nouissimus et omninū minister. Et accipiens puerū statuit eū in medio eorū: quē cū cōplexus esset ait illis. Quisquis unū ex huiusmodi pueris receperit ī nomine meo me recipit: et quicumq; me susceperit nō me suscipit: sed eū qui me misit. Respondit illi iohānes dicens. Magister uidim⁹ quēdam in nomine tuo eiciētē demonia qui non sequitur nos:

et phibim⁹ eū. Ihesus aut̄ ait nolite phibere eū. Nemo est enim q̄ faciat virtutem in nomine meo: et possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum uos: p̄ uobis ē. Quisquis enim potū dederit uobis calicē aque in nomine meo quia cisti estis: amē dico uobis non p̄det mercedem suam. Et quisquis scādalizauerit unum ex hīs pusillis credentibus in me: bonū est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius et in mare mitteretur. Et si scādalizauerit te man⁹ tua: abscide illā. Bonū est tibi debile introire in uitā. q̄ duas manus habentem: ire in gehennā in ignē inextinguibile: ubi uermis eorū nō moritur: et ignis nō exinguitur. Et si pes tuus te scandalizat: aputa illū. Bonū est tibi claudum introire in uitā eternā. q̄ duos pedes habentē mitti in gehennā ignis inextinguibilis: ubi uermis eorū non moritur: et ignis nō exinguit. Quod si oculus tuus scandalizat te: eice eum. Bonū est tibi luscū introire in regnū dei. q̄ duos oculos habentem mitti in gehennā ignis: ubi uermis eorū non moritur: et ignis nō exinguit. Omnis enī igne salietur: et omnis uictima sale salietur. Bonū ē sal. Quid si sal insullū fuerit ī quo illud cōdieris? Habete in uobis sal: et pacē habete inter uos.

Et inde resurgens uenit in fines iudee ultra iordanem: et cōueniūt iterū turbe ad eū: et sicut cōsueuerat iterum docebat illos. Et accedentes pharisei interrogabāt eū si licet uiro uxore dimittere: temptantes eū. At ille respondens dixit eis. Quid uobis p̄cepit moyses? Qui dixerunt. Moyses permisit libellū repudiij scribere et dimittere. Qui bus respondens ihesus ait. Ad duriciā

cordis uestri scripsit vobis preceptum istud. Ab initio autem creature masculinum et feminam fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem: et adheret ad uxorem suam: et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogaverunt eum. Et ait illis. Quicumque dimiserit uxorem suam. et aliam duxerit: adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit virum suum et alij nupsierit. meretur. Et offerebant illi paruulos ut tangeret illos: discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret ihesus: indignus tulit. Et ait illis. Venite paruulos venire ad me: et ne prohibueritis eos. Talius est enim regnum dei. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum dei velut paruulus non intrabit in illud. Et complexus eos et imponens manus super illos: benedixit eos. Et cum ingressus esset in viam: procurrentis quidam genu flecto ante eum. rogabat eum dicens. Magister bone: quid faciam ut vitam eternam percipiam? Ihesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus: nisi unus deus. Precepta nosti: ne adulteres. ne occidas. ne fureris. ne falsum testimonium dixeris. ne fraudem feceris: honora patrem tuum et matrem. At ille respondens ait illi. Magister hec omnia observavi a iuventute mea. Ihesus autem intuitus eum. dilexit eum: et dixit ei. Unum tibi deest. Vade: quecumque habes vende et da pauperibus et habebis thesaurum in celo: et veni sequere me. Qui contristatus in verbo: abiit merens. Erat enim habens multas possessiones. Et circumspiciens ihesus: ait discipulis suis. Quam difficile est pecunias

habere in regnum dei introibunt. Discipuli autem obstupescerunt in verbis eius. Ac ihesus rursus respondens ait illis. Filii hominum: quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum dei introire. Facilius est camelum per foramen acus transire: quam divitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos. Et quis potest saluus fieri? Et intuens ihesus illos ait illis. Apud homines impossibile est: sed non apud deum. Omnia enimabilia sunt apud deum. Et cepit ei petrus dicere. Ecce nos dimisimus omnia: et secuti sumus te. Respondens ihesus ait. Amen dico vobis: nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter me et propter evangelium qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc: domos et fratres et sorores et matres et filios et agros cum persecutionibus: et in seculo futuro vitam eternam. Multi autem erunt primi novissimi: et novissimi primi. Erant autem in via ascendentes iherosolimam: et precedebat illos ihesus. Et stupabant: et sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim: cepit illis dicere quod esset ei ventura. Quia ecce ascendimus iherosolimam: et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et senioribus: et damnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus et illudent ei: et conspuent eum et flagellabunt eum. et interficient eum: et tertia die resurget. Et accedunt ad eum iacobus et iohannes filii zebedei dicentes. Magister: volumus ut quodcumque petierimus facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis ut faciam vobis? Et dixerunt. Da nobis: ut unus ad dexteram tuam. et alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Ihesus autem ait eis. Nescitis quid petatis.

Potestis bibere calicem quē ego bibo. aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerūt ei. Possum⁹. Ihesus autē ait eis. Calicē quidē quē ego bibo bibetis ⁊ baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere autē ad dexteram meā uel ad sinistrā nō est meum dare uobis: sed quibus paratū est. Et audiētes decē indignari sūt de iacobo et iohāne. Ihesus autē uocans eos. ait illis. Scitis quā hī qui uidentē principiari gentibus dominantē eis: et principes eorū potestatem habent ipsorū? Non ita est autē in uobis: sed quicūq; uoluerit fieri maior erit uester minister: et quicūq; uoluerit in uobis primus esse: erit omnium seruus. Nam et filius hoīs nō uenit ut ministraretur ei: sed ut ministraret: et daret animā suā redemptionem pro multis. Et ueniūt ihericho. Et p̄fiscite eo de ihericho. et discipulis eis ⁊ plurima multitudine: filius thimēi barchimeus cecus. sedebat iuxta uiam mendicās. Qui cū audisset quia ihesus nazarenus est: cepit clamare ⁊ dicere. Ihesu fili dauid: miserere mei. Et cōminabātur illi multi. ut taceret. At ille multo magis clamabat: fili dauid miserere mei. Et stās ihesus: p̄cepit illū uocari. Et uocāt eū: dicentes ei. Anime quid esto. Surge: uocat te. Qui p̄iecto uestimento suo. exiliens uenit ad eū. Et respondēs ihesus dixit illi. Quid tibi uis faciam? Cecus autē dixit ei. Rabboni ut uideā. Ihesus autē ait illi. Uade. fides tua te saluū fecit. Et cōfessi uidit: et seq̄bat eū in uia.

Et cū appropinquaret iherosolime et bethanie ad montem oliuarum mittit duos ex discipulis suis: et ait illis. Ite in castellū quō cōtra uos ē: et statim introeuntes illuc. inuenietis

pullū ligatum. sup quē uenit ad huc hominum sedit. Soluite illum: et adducite. Et si quis uobis dixerit quid facitis: dicite quia domino necessari⁹ est: et continuo illū dimittet huc. Et abeuntes inuenērūt pullum ligatum. ante ianuam foris in biuio: ⁊ soluit eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis. Quid facitis soluentes pullū? Qui dixerūt eis sicut p̄ceperat illis ihesus: et dimiserūt eis. Et duxerūt pullū ad ihesum: et imponūt illi uestimenta sua et sedit sup eū. Multi uestimenta sua strauerūt in uia. Alij autē frondes cedebāt de arboribz: et struebāt in uia. Et qui p̄ibāt. et q̄ sequebātur clamabāt dicentes. O sanna benedictus qui uenit in nomine dñi: benedictum quō uenit regnū patris nostri dauid: o sanna in excelsis. Et introiuit iherosolimā in templū: et circūspexit omnibus cū iā uespera esset hora: exiit in bethaniam cū duodeci. Et alia die cū exirent a bethania eluxit. Cūq; uidissent a lōge ficū habentē folia: uenit si quid forte inueniret in ea. Et cum uenisset ad eam: nichil inuenit p̄ter folia. Nō enī erat tempus ficorū. Et respondēs dixit ei. Nam nō ampli⁹ inueniū te te quicūq; fructū māduret. Et audiebant discipuli ei⁹: et ueniūt iherosolimā. Et cum introisset in templū cepit eicere uendentes ⁊ ementes in tēplo: et mēlas numulariorū et cathedras uendentū columbas euerit. Et nō sinebat ut quisq; trāstretet uas per templū: ⁊ docebat dicens eis. Nōne scriptū est quia domus mea dom⁹ orationis uocabitur omnibz gentibus? Vos autē fecistis eam speluncā latronum. Quis audito: principes sacerdotū et scribe querebant quomō eū p̄derent. Timebāt enī

eū: quoniā uniuersa turba ammirabat
sup doctrina eius. Et cū uespera facta
esset: egrediebāt de ciuitate. Et cū ma-
ne reātrent: uiderūt ficum aridā factā
a radicibus. Et recordatus petrus dixit
ei. Rabbi: ecce sic? cui maledixisti aruit.
Et respondēs ihesus ait illis. N habete
fidem dei. Amē dico uobis: quia qui-
cunq; dixerit huic mōti tollere. et mit-
tere in mare. et nō hesitauerit ī corde suo
sed crediderit q̄a q̄d cunq; dixerit fiat:
fiat ei. Propterea dico uobis: omnia
quecunq; orantes petitis credite quia
accipietis: et eueniet uobis. Et cū stabi-
tis ad orandū. dimittite si quid habe-
tis aduersus aliquē: ut et pater uester
qui in celis est dimittat uobis peccata
uestra q̄d si uos nō dimiseritis: nec pa-
ter uester qui in celis est dimittet uobis
peccata uestra. Et ueniūt rursus ihero-
solimā. Et cum ambularet in templo
accedūt ad eū summi sacerdotes. et scri-
be et seniores: et dicūt ei. In qua pote-
state hec facis: et quis tibi dedit hanc
potestatem ut ista facias? Ihesus autē
respondēs ait illis. Interrogabo uos
et ego unū uerbū. et respondete michi:
et dicam uobis in qua potestate hec fa-
ciam. Baptismū iohānis de celo erat
an ex hominibus? Respondete michi. At
illi cogitabāt secū dicentes. Si dixerim-
us de celo: dicet nobis. Quare ergo
non credidistis ei? Si dixerim⁹ ex ho-
minibus: timemus populū. Omnes
enim habebant iohannem quia uere
propheta esset. Et respondentes di-
cunt ihesu. Nescimus. Et respondens
ihesus ait illis. Nec ego dico uobis.
in qua potestate hec faciam.

Tepit illis in parabolis loqui.
Vineā pascinauit homo: et cir-
cundidit sepē et fodit lacū. et edificauit

turrim. et locauit eam agricolis: et pe-
regre p̄fect⁹ est. Et misit ad agricolas
in tempore seruū: ut ab agricolis acci-
peret de fructu uinee. Qui apprehensū
eum occiderūt: et dimiserūt uacū. Et
iterū misit ad illos aliū seruū: et illum
in capite uulnerauerūt: et cōtumelijs
affecerūt. Et rursus aliū misit: et illū
occiderūt: et plures alios quosdā ce-
dentes: alios uero occidentes. Adhuc
ergo unū habēs filiū carissimū. et illū
misit ad eos nouissimū dicens: quia
reuerbūtur filiū meū. Coloni autem
dixerūt ad inuicem. Venite occidam⁹
eum: et nostra erit hereditas. Et apre-
hidentes eū occiderūt: et eiecerūt extra
uineam. Quid ergo faciet dñs uinee?
Veniet et p̄det colonos: et dabit uine-
am alijs. Nec scripturā hanc legistis
lapidē quē reprobauerūt edificantes.
hic factus est ī caput anguli: a dño fa-
ctum est istud et est mirabile in oculis
nostris? Et querebāt eū tenere: et timu-
erunt turbā. Cognouerūt enī quoniā
ad eos parabolā hanc dixerat. Et relicto
eo abierūt. Et mittit ad eū quosdā ex
phariseis et herodianis: ut eum caperēt
in uerbo. Qui uenientes dicūt ei. Ma-
gister: scimus quia uerax es et non cu-
ras quenq;. Nec enim uides in faciem
hominū: sed in ueritate uia dei doces.
Licet dari tributum cesari: an nō dabi-
mus? Qui sciēs uersutiā illorū. ait illis.
Quid me temptatis? Afferte michi de-
nariū ut uideam. At illi attulerunt ei.
Et ait illis. Quis est ymago hec et
inscriptio? Dicūt ei. Cesaris. Respon-
dens autē ihesus dixit illis. Reddite igitur
que sunt cesaris cesari: et que sunt
dei deo. Et mirabātur sup eo. Et uene-
runt ad eū sadducei qui dicunt resur-
rectionē non esse: et interrogabāt eum

dicentes. Magister: moyses nobis scripsit ut si cuius frater mortuus fuerit & dimiserit uxorem & filios non reliquerit: accipiat frater eius uxorem ipsius & resuscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant: et primus accepit uxorem: & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eam et mortuus est: et nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperunt eam similiter septem: et non reliquerunt semen. Aquissima omnium defuncta est et mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint: cuius de hijs erit uxor? Septem enim habuerunt eam uxorem. Et respondens ihesus ait illis. Nonne ideo erratis: non scientes scripturas neque virtutem dei? Cum enim a mortuis resurrexerint neque nubent neque nubentur: sed sicut angeli dei in celis. De mortuis autem quod resurgant non legistis in libro moysi super rubum quomodo dixerit illi deus inquitus: ego sum deus abraham & deus isaac & deus iacob. Non est deus mortuorum sed uiuorum. Vos ergo multum erratis. Et accessit unus de scribis: qui audierat illos conquirentes: et uidens quoniam bene illis responderit: interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. Ihesus autem respondit ei: quia primum omnium mandatum est. Audi israel dominus deus tuus dominus unus est: & diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: & ex tota mente tua: & ex tota uirtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi. Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Manus horum alium mandatum non est. Et ait illi scriba. Bene magister in ueritate dixisti: quia unus est deus & non est alius propter eum. Et ut diligatur ex toto corde: et ex toto intellectu: & ex tota anima: et

ex tota fortitudine: et diligere proximum tanquam seipsum: maius est omnibus uoluntatibus & sacrificiis. Ihesus autem uidens quod sapienter responderet: dixit illi. Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens ihesus dicebat doctores in templo. Quomodo dicunt scribe christum filium esse dauid? Ipse enim dauid dicit in spiritu sancto. Dixit dominus dominus meo sede a dexteris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo dauid dicit eum dominum: et unde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua. Cauete a scribis: qui uolunt in stolis ambulare et saluati in foro: et in primis cathedras sedere in synagogis: & primos discubitus in cenis. Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixae orationis: hijs accipient plenius iudicium. Et sedens ihesus contra gazophilacium aspiciebat quomodo turba iactaret res in gazophilacium: et multi diuites iactabant multa. Cum uenisset autem uidua una pauper: misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos ait illis. Amen dico uobis: quoniam uidua hec pauper plus omnibus misit: qui miserunt in gazophilacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt: hec uero de penuria sua omnia que habuit misit totum victum suum.

Et cum egredereetur de templo: ait illi unus ex discipulis suis. Magister: aspice quales lapides et quales structure. Et respondens ihesus ait illi. Vides has omnes magnas edificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruantur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum: interrogabant eum separatim petrus et iacobus

et iohannes et andreas. Dic nobis quando ista fient: et quod signum erit quando haec omnia incipient consumari. Et respondens ihesus cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum: et multos seducunt. Cum audieritis autem bella et opiniones bellorum: ne timeveritis. Oportet enim fieri: sed nondum finis. Exsurgat enim gens contra gentem et regnum super regnum: et erunt terremotus per loca et fames. Quoniam dolores haec. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis et in synagogis vapulabitis: et ante praesides et reges stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradentes non solum loquimini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora id loquimini. Non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium: et consurgent filii in parentes: et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus: propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem: hic salvus erit. Cum autem videritis abominationem desolationis stantem ubi non debet: qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes: et qui super tectum ne descendat in domum: nec introeat ut tollat quod de domo sua: et qui in agro erit non revertatur retro: tollere vestimentum suum. Ve autem pregnantibus et nutricibus in illis diebus. Orate vero: ut hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales quales non fuerunt ab initio creaturae quam condidit deus usque nunc: neque fient. Et nisi breviaisset dominus dies: non fuisset salva omnis caro. Sed propter electos quos elegit brevianit dies.

Et tunc si quis vobis dixerit ecce hic est christus: ecce illic: ne credideritis. Exsurgunt enim pseudo christi et pseudo prophete: et dabunt signa et portenta ad seducendos si fieri potest etiam electos. Vos ergo videte. Ecce praedixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabit: et luna non dabit splendorem suum. Et stelle caeli erunt decidentes: et virtutes que sunt in caelis movebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa et gloria. Et tunc mittet angelos suos: et congregabit electos suos a finibus veteris a summo terre usque ad summum caeli. A ficu autem discite parabolam. Cum iam ramus eius tunc fuerit et nata fuerint folia: cognoscitis quia in primo sit estas. Sic et vos cum videritis haec fieri: scitote quod in primo sit in ostiis. Amen dico vobis: quoniam non transibit generatio haec donec omnia ista fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea non transibunt. De die autem illo vel hora nemo scit: neque angeli in caelo neque filius: nisi pater. Videte: vigilate: et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: et dedit servis suis potestatem cuiusque operis: et ianitori precepit ut vigilet. Vigilare ergo. Nescitis enim quando dominus domum veniat: sero: an media nocte: an gallicantu: an mane: ne cum venerit reperite inveniatis vos dormientes. Quod autem vobis dico omnibus dico: vigilate.

Serat autem pascha et azima post biduum: et querebant summi sacerdotes et scribe quomodo eum dolo tenerent et occiderent. Dicebant enim. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset bethaniam in domo simonis

leprosi et recumberet: venit mulier ha-
bens alabastrū ungenti uardi spicati
p̄ciosi: et facto alabastris effudit sup
caput eius. Erant autē quidā indigne
ferentes intra semetipsos: et dicētes. Ut
quid p̄dicatio ista ungenti facta est? Do-
ceat enim ungentum istud uendari
plus q̄ trecentis denarijs: et dari pau-
peribus. Et fenebāt in eam. Ihesus
autē dixit. Sinite eam. Quid illi mole-
sti estis? Bonū opus operata est in me.
Semper enim pauperes habetis uobis-
cum: et cū uolueritis potestis illis be-
nefacere: me autē nō semper habetis. Quis
habuit hec fecit: p̄uenit unguere corpus
meū in sepulturā. Amen dico uobis:
ubicūq; p̄dicatū fuerit euangeliū istud
in uniuerso mūdo: et quod fecit hec nar-
rabitur in memoriam eius. Et iudas
scariothis unus de duodecim abiit ad
summos sacerdotes: ut p̄deret eū illis.
Qui audientes gauisi sūt: et p̄miserūt
ei pecuniā se dacturos. Et querebat quo-
modo illū oportune traderet. Et p̄mo
die azimorū quādo pascha immola-
bant: dicūt ei discipuli. Quo uis eam?
et parem⁹ tibi ut manduces pascha?
Et mittit duos ex discipulis suis: et
dicit eis. Ite in ciuitatem: et occurret uo-
bis homo lagenā aque hauriās. Se-
quimini eum: et quocūq; introierit
dicite dñō dom⁹: quia magister dicit.
Vbi est refectio mea: ubi pascha cū dis-
cipulis meis manducem? Et ipse uo-
bis demonstrabit tenaculū grāde sta-
tum: et illic parate nobis. Et abierūt
discipuli eius: et uenerūt in ciuitatem: et
inuenērūt sicut dixerat illis: et parauē-
runt pascha. Vespere autē facto: uenit
cum duodecim. Et discumbentibus eis
et māducantibus ait ihesus. Amen
dico uobis: quia unus ex uobis tradet

me qui manducat meū. At illi repe-
runt contumeliam et dicere singillatim.
Nūquid ego? Qui ait illis. Unus ex
duodecim: qui incingit meū manū in
rachino. Et filius quidē hoīs uadit:
sicut scriptū est de eo. De autē homini
illi: p̄ter quē filius hoīs tradetur. Ho-
minum erat ei: si non esset natus homo
ille. Et manducantibus illis: accepit
ihesus panem: et benedicens fregit: et
dedit eis et ait. Sumite: hoc ē corpus
meū. Et accepto calice: gratias agens
dedit eis. Et biberūt ex illo omnes. Et
ait illi. Hic est sanguis meus noui
testamenti: qui pro multis effundetur.
Amen dico uobis: q̄ iam nō bibā
de germine uitis: usq; in diem illū
cum illud bibā nouū in regno dei. Et
ymno dicto: egerūt in mōrem oliuay.
Et ait eis ihesus. Omnes scādalizabi-
mini in nocte ista: quia scriptū est: p̄-
cutiā pastore et diligētē oues. Sed
postea q̄ resurrexero: p̄cedā uos in ga-
lileā. Petrus autē ait illi. Et si omnes
scādalizati fuerint: sed non ego. Et
ait illi ihesus. Amen dico tibi: quia
tu hodie in nocte hac priusq; gallus
bis uocem dederit: ter me es negatur⁹.
At ille amplius loquebatur. Et si o-
portuerit me simul cōmori tibi: nō te
negabo. Similiter autē et omnes dice-
bant. Et uenit in p̄diū cui nomē gethse-
mani: et ait discipulis suis. Sedete
hic donec orem. Et assumpsit pettū et
iacobū et iohānem secū: et cepit pau-
ere et redere. Et ait illis. Tristis est a-
nima mea usq; ad mortem. Sustine-
te hic et uigilate. Et cū p̄cessisset pau-
lulū: procidit sup terrā: et orabat ut si
fieri posset trāsiret ab eo hora: et dixit.
Abba pater: omnia tibi possibilia sūt:
transfer calicem hunc a me. Sed non

quod ego volo: sed quod tu. Et venit: et inuenit eos dormientes. Et ait petro. Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare? Vigilate et orate: ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est: caro uero infirma. Et iterum abiens grauiter: eundem sermonem dicens. Et reuersus de nouo: inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati: et ignorabant quid responderent ei. Et uenit tertio: et ait illis. Dormite iam: et requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eam. Ecce qui me tradet prope est. Et adhuc eo loquente: uenit iudas scarioth unus de duodecim: et cum eo turba multa. cum gladiis et lignis a summis sacerdotibus et scribis et senioribus. Dederat autem traditor eis signum dicens. Quicumque osculatus fuero ipse est: et teneat eum: et ducite caute. Et cum uenisset: statim accedens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Iesum et tenuerunt eum. Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium percussit eum summi sacerdotis: et amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus ait illis. Tanquam ad latronem egistis cum gladiis et lignis comprehendere me. Quotidie eram apud uos in templo docens: et non me tenuistis. Sed ut impleantur scripturae. Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudum: et tenuerunt eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: et conuenerunt omnes sacerdotes et scribae et seniores. Petrus autem a longe securus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis: et sedebat cum ministris

ad ignem: et calefaciebat se. Summi uero sacerdotes et omne concilium querebant aduersus Iesum testimonium. ut eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eum: et conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes: falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. Quonia nos audiimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manufactum: et post triduum aliud non manufactum edificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Resurgens autem summus sacerdos in medium interrogauit Iesum dicens. Non respondes quicquam ad ea quae tibi obiciuntur ab hijs? Ille autem tacebat: et nichil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: et dixit ei. Tu es Christus filius dei benedicti? Iesus autem dixit illi. Ego sum. Et uidebitis filium hominis sedentem a dexteris virtutis dei: et uenturum cum nubibus caeli. Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Qui omnes responderunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum et uelare faciem eius: et colaphis eum cedere et dicere ei. propheta. Et ministri alapis eum cedebant. Et cum esset petrus in atrio deorsum: uenit una ex ancillis summi sacerdotis: et cum uidisset petrum calefacientem se: aspiciens illum ait. Et tu cum Iesu nazareno eras. At ille negauit dicens. Neque scio: neque noui quid dicas. Et egressus foras atriū: et gallus cantauit. Rursum autem cum uidisset illum ancilla cepit dicere circumstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursum qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es: nam et galileus es. Ille autem

cepit anathematizare & iurare: quia
nescio hominem istum quem dicitis.
Et statim gallus iterum cantauit. Et
recordatus est petrus verbi quod dixe-
rat ei ihesus: priusquam gallus cæter his-
cet me negabis. Et cepit flere.

Et confestim mane consiliū facien-
tes summi sacerdotes cum senioribus
et scribis et uniuerso concilio: vincientes
ihesum duxerunt & tradiderunt pilato. Et in-
terrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeorum?
At ille respondens ait illi. Tu dicitis. Et
accusabant eum summi sacerdotes in mul-
tis. Pilatus autem rursum interrogauit
eum dicens. Non respondes quicquam? Vi-
de in quantis te accusant. Ihesus au-
tem amplius nichil respondit: ita ut
miraretur pilatus. Per diem autem festum
solebat dimittere illis unum ex vinctis
quicumque petissent. Erat autem qui dice-
batur barrabas. qui cum seditiosis erat
vinctus qui in seditione fecerat homi-
cidium. Et cum ascendisset turba: cepit ro-
gare sicut semper faciebat illis. Pilatus
autem respondit eis & dixit. Vultis dimit-
tam vobis regem iudeorum? Sciebat enim
quod per inuidiam tradidissent eum
summi sacerdotes. Pontifices autem
concitauerunt turbam: ut magis barra-
ban dimitteret eis. Pilatus autem iterum
respondens ait illis. Quid ergo vultis
faciam regi iudeorum? At illi iterum clama-
uerunt. Crucifige eum. Pilatus vero dice-
bat illis. Quid enim mali fecit? At il-
li magis clamabant: crucifige eum. Pila-
tus autem volens populo satisfacere dimisit
illis barraban: et tradidit ihesum fla-
gellis cesum ut crucifigeretur. Milites
autem duxerunt eum in atrium pretoris & con-
uocant totam cohortem: & induunt eum
purpura. et imponunt ei placentes spi-
neam coronam: et ceperunt salutare eum. Ave

rex iudeorum. Et percutiebant caput eius
arundine: et colpebant eum: & pone-
res genua adorabant eum. Et postquam
illuserunt ei egerunt illum purpura: et in-
duerunt eum vestimentis suis: et educunt
illum ut crucifigerent eum. Et agariauerunt
pretereunte quempiam simonem cyrenæum ve-
nientem de villa. patrem allegandri &
ruxi: ut coleret crucem eius. Et producit
illum in golgatha locum: quod est interpretatum
caluarie locus. Et dabat ei bibere
mixturam vini: et non accepit. Et crucifi-
gentes eum diuiserunt vestimenta eius:
mittentes sortem super eis quis quid tol-
leret. Erat autem hora tertia: et crucifixe-
runt eum. Et erat titulus cause eius inscri-
ptus: rex iudeorum. Et cum eo crucifigunt du-
os latrones: unum a dextris et alium a si-
nistris eius. Et impleta est scriptura que di-
cit. Et cum iniquis reputatus est. Et pre-
tereuntes blasphemabant eum: mouentes
capita sua & dicentes. Vah qui destru-
is templum dei: et in tribus diebus reedifi-
cas. Saluum fac te ipsum descendens
de cruce. Similiter et summi sacerdotes
illudentes ad alterutrum cum scribis di-
cebant. Alios saluos fecit: seipsum non
potest saluum facere. Cæcus rex israel-
descendat nunc de cruce: ut videamus
et reedificamus. Et qui cum eo crucifigi erant
conuiciabantur ei. Et facta hora sexta:
tenebre facte sunt per totam terram usque in ho-
ram nonam. Et hora nona exclamauit
ihesus voce magna dicens. Eley-he-
loy lemasabactani. Quod est: interpre-
tatum. Deus meus. Deus meus: ut quod
dereliquisti me? Et quidam de circū-
stantibus audientes dicebant. Ecce he-
liam vocat. Cuius autem vnus et im-
pletis spongiam aceto. circumponentibus
calamo: potum dabat ei dicens. Sinite:
videamus si veniat helias ad deponendum

rum. Ihesus autē emissa voce magna expirauit. Et uelū templi scissum est i duo: a summo usq; deorsum. Videns autē centurio q̄ egaduerso stabat. quia sic clamās expirasset: ait. Vere hic filius dei erat. Erant autē et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene. et maria iacobi minoris. et ioseph mater. et salome: et tū esset in galilea sequebant̄ eum et ministrabant ei: et alie multe que simul cum eo ascenderāt iherosolimā. Et tū iam sero esset factū. quia erat parasceue qd̄ est ante sabbatū. venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipse erat expectans regnū dei. Et audacter introiuit ad pilatū: et petijt corpus ihesu. Pilatus autē mirabat̄ si iam obisset. Et accessito centurione: interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a centurione: donauit corpus ioseph. Ioseph autē mercatus sindonem. et deponens eum inuoluit sindone: et posuit eum in monumento: quod erat excavatum de petra: et aduoluit lapidem ad ostiū monumenti. Maria magdalene et maria ioseph aspiciēbant ubi poneretur.

Et cum transisset sabbatū: maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata: ut uenientes ungerent ihesum. Et valde mane una sabbatorum. ueniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes uident reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum uident inuentem sedentem in dextris conspicuum stola candida: et obstupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ihesum

h̄ris nazarenū. crucifixū: surrexit: nō ē hic. Ecce loc⁹: ubi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis eius et petro: q̄a prece det uos in galileam. Ubi eum uidebitis: sicut dixit uobis. At ille exētes fugerūt de monumento. Inualerat enim eas tremor et pavor: et nemini quicq; dixerūt. Timebāt enī. Surgens autē ihesus mane prima sabbati apparuit p̄mo marie magdalene: de qua eiecerat septem demonia. Illa uadēs nūciauit h̄is. qui tū eo fuerant lugentibus et fletibus: et illi audientes q̄a uiueret et uisus esset ab ea: nō crediderunt. Post hec autē duob; e; h̄is ambulātib; ostensus est in alia effigie euntibus in uillā: et illi eūtes nūciauerūt ceteris: nec illis crediderunt. Quisillime autē recubentibus illis undecim apparuit: et reprobrauit incredulitatē eorū et duriciā cordis: quia h̄is q̄ uiderant eū resurrexisse nō crediderunt. Et dixit eis. Euntes i mundū uniuersū: p̄dicare euangeliū om̄i creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit. saluus erit: qui uero nō crediderit. cōdemnabitur. Signa autē eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eicient: linguis loquentē nouis: serpentes collēt. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Sup egrorū manus imponent: et bene habebunt. Et dominus quidē ihesus postq; locutus est eis. assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt ubiq; domino cooperante et sermōnem confirmante: sequentibus signis.

Capitulum cxxxviii. De resurrectione ihesu. Et de signis que fecit post resurrectionem suam. Et de ascensione eius in celum. Et de sede sua a dextris dei. Et de promissione spiritus sancti. Et de die iudicij. Et de fine mundi.

Nomas sirus. natione antiochensis. arte medicus. discipulus apostolorum. postea paulum secutus usque ad confessionem eius serviens domino sine crimine: nam neque uxorem unquam habuit neque filios: septuaginta et quatuor annorum obiit in bithynia. plenus spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent euangelia. per mattheum quidem in iudea. per marcum autem in italia: sancto instigante spiritu in archaie partibus hinc scripsit euangelium: significans etiam ipse in principio ante suum alia esse descripta. Cuius extra ea quae ordo euangelice dispositionis exposcit: ea maxime necessitas laboris fuit: ut primum grecis fidelibus omni prophetatione venturi in carnem dei christi manifestata humanitate ne iudaicis fabulis attenti: in solo legis desiderio teneretur: vel ne hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti reciderent a veritate elaboraret: dehinc. ut in principio euangelii iohannis natiuitate presumpta. cui euangelium scriberet et in quo electus scriberet indicaret: contestans in se completa esse. quam essent ab alijs incompleta. Cuius ideo post baptismum filij dei a perfectione generationis in christo implere: extendit a principio natiuitatis humane potestas promissa est: ut requirentibus demonstraret in quo apprehendens erat pro nathan filium dauid introitu recurrentis in deum generationis admissio. indisparabilis dei predicans in hominibus christum suum. perfecti opus hominis redire in se per filium faceret: qui per dauid patrem veteribus iter prebatur in christo. Cuius luce non immerito etiam scribendorum actuum apostolorum potestas in ministerio datur: ut deo in deum plenus et filio perfectionis certando. oratione ab apostolis

facta. sorte domini electionis numerus completeretur: sicque paulus consummatione apostolicis actibus daret. quem diu contra stimulum recalcitrantem dominus elegerat. Quod et legentibus ac requirentibus deum. et si per singula expediri a nobis utile fuerat: scitis tamen quod operam agricolam oporteat de suis fructibus edere. vitauimus publicam curiositatem: ne non tam volentibus deum demonstrare videremur. quam fastidientibus prodidisse.

Explicit prologo inquit euangelium secundum lucam



Doniam quidem multa conari sunt ordinare narrationes que in nobis complete sunt res. sicut tradiderunt nobis que ab initio ipsi viderunt. et ministri

fuerunt sermonis: visum est et michi assecuto omnia a principio diligenter te ordinaris tibi scribere optime theophile: ut cognoscas eorum veritatem de quibus et didicisti et veritatem.



Ut in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de viue abia. et uxor illi de filiabus aaron: et nomen eius elizabeth.

Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius. eo quod esset elizabeth sterilis: et ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotis fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deum: secundum consuetudinem sacerdotum sorte egerit ut incensum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini: stans a dextris altaris

intrauit. Et zacharias turbatus est videns: et timor irruit sup eum. Ait autem ad illum angelus. Ne timeas zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua elizabeth pariet tibi filium. et uocabis nomen eius iohannem: et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erat enim magnus coram domino: et uinum et siceram non bibit. Et spiritu sancto replebitur ab hoc ex utero matris sue: et multos filiorum israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse praecedet ante ipsum in spiritu et uirtute helie: ut conuertat corda patrum in filios. et incredibiles ad prudentiam iustorum: parare dominum plebem perfectam. Et dixit zacharias ad angelum. Unde hoc sciam? Ego enim sum senex: et uxor mea precessit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui sto ante deum: et missus sum loqui ad te: et haec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens et non poteris loqui usque in diem quousque haec fiant: pro eo quod non credidisti uerbis meis. que implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans zachariam: et mirabatur quod tardaret ipse in templo. Egredius autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse erat inuentus illis: et permansit mutus. Et factum est ut implerentur dies officii eius: abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit elizabeth uxor eius: et occultabat se mensibus quinque dicens. Quia sic fecit michi dominus. in diebus quibus respexit auferre obprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth. ad virginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph. de domo dauid: et nomen uirginis maria.

Et ingressus angelus ad eam dixit. Ave gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset. turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista saluatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium: et uocabis nomen eius iesum. Spiritus erit magnus: et filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum: et regnum eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam uirum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum: uocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi qui uocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat michi secundum uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Resurgens autem maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie: et salutauit elizabeth. Et factum est ut audiuisset saluationem marie elizabeth: exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit uoce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc michi: ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox saluationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidit: quoniam proficietur ea que dicta sunt ei a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum: et exultauit spiritus meus in

Deo salutari meo: quia respexit humili-
tatem ancille sue. Ecce enim ex hoc bea-
tissimi me dicent omnes generationes:
quia fecit michi magna: qui potens est:
et sanctum nomen eius. Et misericordia
eius in progenie et progenies: timētibz
eū. Fecit potentiam in brachio suo: disp-
sit superbos mente cordis sue. Deposu-
it potentes de sede: et exaltavit humiles.
Esurientes impleuit bonis: et diuites
dimisit inanes. Suscepit israel pue-
rum suū memorari misericordie sue:
sicut locutus est ad patres nros. abra-
ham et semini eius in secula. Mansit
autē maria cū illa quasi mētibz tribz:
et reuersa est in domū suam. Elisabeth
autē impletū est tempus pariedī: et pe-
perit filiū. Et audierūt vicini et cognati
eius: quia magnificauit dñs miseri-
cordiā suā cū illa: et congratulabātur
ei. Et factū est in die octaua uenerunt
circūcidere puerū: et uocabāt eū nomi-
ne patris sui zachariā. Et respondens
mater eius dixit. Nequaqz: sed uocabi-
tur iohānes. Et dixerūt ad illā. Quia
nemo est in cognatione tua: qui uoce-
tur hoc nomine. Innuēbāt autē p̄ri
eius: quē uellet uocari eum. Et postu-
lans pugillare scripsit dicens: iohan-
nes est nomen eius. Et mirati sunt uni-
uersi. Apertū ē autē ilico os eius: et lin-
gua eius: et loquebāt benedicens deū.
Et factus est timor sup omnes uicinos
eorz: et super omnia montana iudee. di-
uulgabātur omnia uerba hec: et posue-
rūt omnes qui audierāt in corde suo di-
centes. Quis putas puer iste erit? Et enī
manus dñi erat cū illo. Et zachariās
pater eius repletus est spiritu sancto:
et pphetauit dicens. Benedictus dñs
deus israel: quia uisitauit et fecit rede-
mptionem plebis sue. Et crexit cornu

salutis nobis in domo dauid pueri
sui: sicut locutus est per os sanctorz. q̄
a seculo sunt pphetarū eius: salutem ex-
imicis nris. et de manu omniū qui
obserūt nos: ad faciendā misericordiā
cum patribz nris. et memorari testa-
menti sui sancti: iusiurandū qd iura-
uit ad abrahā patrem nrm. daturū se
nobis: ut sine timore de manu inimi-
corz nrorū liberati. seruiam⁹ illi: in san-
ctitate et iusticia corā ipso. omibz die-
bus nris. Et tu puer ppheta altissimi
uocaberis. Preibis enī ante faciē dñi
parare uias eius: ad dandā sciētiam
salutis plebi eius. in remissionē pecca-
torum eoz: per uiscera misericordie dei
nostri. in quibz uisitauit nos oriens
ex alto: illuminare hys qui i tenebris
et in umbra mortis sedent: ad dirigē-
dos pedes nostros in uiam pacis.
Puer autem crescebat et confortabatur
spiritu: et erat in desertis usqz in diem
ostensionis sue ad israel.

¶ Factum est autē in diebz illis. regis
edictum a cesare augusto: ut de-
scriberetur uniuersus orbis. Hec descri-
ptio prima facta est a p̄side syrie cyri-
no. Et ibāt omnes ut p̄ficerent: singuli
in suā ciuitatē. Ascendit autē et ioseph
a galilea de ciuitate nazareth in iude-
am ciuitatē dauid que uocat̄ bethle-
em q̄ esset de domo et familia dauid:
ut p̄ficeretur cum maria desponsata
sibi uxore pregnāte. Factū est autē cū
essent ibi: impleri sunt dies ut pareret.
Et peperit filiū suū p̄mogenitū: et p̄nisi-
t eū in uolue. et reclinauit eū in p̄sepio:
quia non erat ei locus in diuictorio.
Et pastores erāt i regione eadem uigi-
lantes: et custodientes uigilias noctis
sup gregē suū. Et ecce āgelus dñi stetit
iuxta illos: et claritas dei circumfulsit

illos: et timebunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator qui est christus dominus in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. Inuentietis infantem pannis inuolutum: et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis: laudantium deum et dicentium. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in celum: pastores loquebantur adinuicem. Transieramus usque bethleem: et videamus hoc verbum quod factum est quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inueniunt mariam et ioseph et infantem positum in presepio. Videntes autem cognouerunt de verbo: quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt: et de hijs que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum in omnibus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo: ut circumcideret puer: vocatum est nomen eius ihesus. Quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purificationis eius secundum legem moysi tulerunt illum in iherusalē: ut offerret eum domino: sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam: sanctum domino vocabitur. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini: par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in iherusalem cui nomen symeon. Et homo iste iustus et timoratus expectans consolationem

israhel: et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum accepit a spiritu sancto non visurum se mortem: nisi prius videret christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum ihesum parentes eius: ut faceret secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in ulnas suas: et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israhel. Et erat pater eius et mater mirantes super hijs que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam: et in resurrectionem multorum in israhel: et in signum cui contradicetur. Et tua ipsius anima pretransibit gladius: ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anima prophetissa filia samuel de tribu aser: hec processerat in diebus multis: et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua usque ad annos octogintaquatuor: que non discedebat de templo: ieiunijs et obsecrationibus fuiens nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur domino: et loquebatur de ipso omnibus que expectabant redemptionem iherusalem. Et ut proficerent omnia secundum legem domini: reuersi sunt in galileam: in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur: plenus sapientia: et gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in iherusalē in die solemnium pasche. Et cum factus esset annorum duodecim: ascendentibus illis in iherosolimam secundum consuetudinem diei festi: consummatisque diebus cum redirent: remansit puer ihesus in iherusalē: et non cognouerunt parentes eius. Existimantes

autē illū esse in comitatu: uenerūt iter
diei: & requirebāt eū inter cognatos et
notos. Et nō inuenientes regressi sūt
in iherusalē: requirentes eum. Et factū
est post triduiū. inuenerunt eū in tēplo
sedentem in medio doctorū: audientē
illos. et interrogantem eos. Stupēbāt
autē omnes qui eū audiebant. sup̄ pru-
dentia & responsis eius. Et uidentes
amirari sunt. Et dixit mater ei⁹ ad
illū. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pa-
ter tuus et ego. dolentes querebamus
te. Et ait ad illos. Quid est tū me que-
rebatis? Nesciebatis quia ī hīs que
patris mei sunt oportet me esse? Et ip̄i
non intellexerūt uerbū quō locutus est
ad eos. Et descendit cum eis: et uenie-
nazareth: et erat subdit⁹ illis. Et ma-
ter ei⁹ cōseruabat omnia uerba hec ī corde
suo. Et ih̄sus p̄ficiēbat sapiētia et gra-
te & gratia apud deū & hoīes.

Uno autē quōtodecimo imperij
tyberij cesaris. procurate p̄cio
pilato iudeam: tetrarcha autē galilee
herode: philippo autē fratre ei⁹ tetrarcha
ituree et traconitidis regionis: & lya-
nia abiline tetrarcha. sub principibz
sacerdotum anna et caypha: factū est
uerbum dñi sup̄ iohannē zacharie fi-
lium in deserto. Et uenit in omnē regi-
onem iordanis predicans baptisimū
penitentię ī remissionē peccatorū: sicut
scriptū est in libro sermonū ysaię. p̄phē-
te. Vox clamāris in deserto parate ui-
am domini: rectas facite semitas eius.
Omnis uallis implebitur: et omnis
mons et collis humiliabitur. Et erūt
praua in directa & aspera in uias pla-
nas: & uidebit omnis caro salutare dñi.
Dicebat ergo ad turbas quę respiciant ut
baptizarent ab ip̄o. Herumina uipe-
rarum: quis ostendit uobis fugere a

uētura ira? Facite ergo fruct⁹ dignos
penitentię: & ne ceperitis dicere patrem
haberi abraham. Dico enim uobis:
quia potens est deus de lapidibz istis
suscitare filios abrahe. Nam enī secu-
ris ad radicē arboris posita ē. Omnis
ergo arbor nō faciens fructū bonū re-
cidetur: & in ignē mittetur. Et interro-
gabāt eum turbę dicentes. Quid ergo
faciem⁹? Respondens autē dicebat illis.
Qui habet duas tunicas det non ha-
benti: et qui habet escas similiter faci-
at. Uenerūt autē et publicani ut bap-
tizarentur: & dixerūt ad illū. Magister.
quid faciemus? At ille dixit ad illos.
Nihil amplius quā quō cōstitūtū ē uo-
bis faciatis. Interrogabant autē eū et
milites dicētes. Quid faciem⁹ & nos?
Et ait illis. Meminē concuiscatis neq;
calūniā faciatis: & contenti estote sti-
pendijs uestris. Existimāte autē p̄plo
et cogitantibz omnibus in cordibus
suis de iohāne. ne forte ip̄e esset cristus:
respondit iohānes dicēs omnibz. Ego
quidē aqua baptizo uos: ueniet autē
fortior. cui⁹ non sum dignus soluere
corrigiā calciamentorū eius: ip̄e uos
baptizabit ī spiritu lācto et igni. Cui⁹
uentilabrū in manu ei⁹: & purgabit a-
reā suā. et cōgregabit triticū in horre-
um suū: paleas autē cōburet igni ineq-
tinguibili. Multa quidē & alia exhor-
tans euāgelizabat p̄plo. Herodes au-
tem tetrarcha eum corripere ab illo de
herodiade uxore fratris sui. et de omni-
bus malis que fecit herodes: adiecit &
hoc sup̄ omnia: & inclusit iohannem
in carcerem. Factū est autē tū bap-
tizaretur omnis p̄plus. et ih̄su baptizato
et orate apertū est celū: et descendit spi-
ritus sanctus corporali specie sicut co-
lumba in ip̄m: et uox de celo facta est.

Tu es filius meus dilectus: in te com-
placuit michi. Et ipse ihesus erat inci-
piens quasi annorum triginta ut puta-
batur filius ioseph. qui fuit hely. qui
fuit mathath. qui fuit leui. qui fuit melchi.
qui fuit iane. qui fuit ioseph. qui fuit matha-
thie. qui fuit amos. qui fuit naum. qui fuit he-
li. qui fuit nagge. qui fuit maath. qui fuit
mathathie. qui fuit semei. qui fuit ioseph. qui
fuit iuda. qui fuit iohanna. qui fuit re-
sa. qui fuit zorobabel. qui fuit salathiel.
qui fuit neri. qui fuit melchi. qui fuit addi. qui
fuit thosan. qui fuit helmadau. qui fuit her.
qui fuit ihesu. qui fuit heliezec. qui fuit
iorim. qui fuit mathath. qui fuit leui
qui fuit symeon. qui fuit iuda. qui fuit
ioseph. qui fuit iona. qui fuit heliachim.
qui fuit melcha. qui fuit metna. qui fuit
mathata. qui fuit nathan. qui fuit da-
uid. qui fuit iesse. qui fuit obeth. qui fu-
it booz. qui fuit salmō. qui fuit naalon. qui
fuit aminadab. qui fuit arau. qui fuit elro.
qui fuit phares. qui fuit iude. qui fuit iacob.
qui fuit ysaac. qui fuit abrahe. qui fuit
thare. qui fuit nachor. qui fuit seruth.
qui fuit ragau. qui fuit phalech. qui fuit
heber. qui fuit sale. qui fuit thartan. qui
fuit arphaxat. qui fuit sem. qui fuit noe.
qui fuit lamech. qui fuit mathusale. qui fuit
etroch. qui fuit iareth. qui fuit malaleel.
qui fuit thartan. qui fuit etros. qui fuit
seth. qui fuit adam. qui fuit dei.

Ihesus autē plen⁹ spiritu sancto regres-
sus est a iordane: et agebatur in spiri-
tu in deserto diebus quadraginta: et tem-
ptabatur a dyabolo. Et nichil māduca-
uit in diebus illis: et consummatis illis e-
surijt. Dixit autē illi dyabolus. Si fi-
lius dei es: Dic lapidi huic ut panis
fiat. Et respondit ad illū ihesus. Scri-
ptum est. quia non in pane solo uiuit
homo: sed in omni uerbo dei. Et duxit

illū dyabolus: et ostendit illi omnia
regna orbis terre in momento tēporis:
et ait illi. Tibi dabo potestatem hanc u-
niuersam. et gloriam illorū: quia michi
tradita sunt. et cui uolo do illa. Tu et-
go prociuens si adoraueris coram me:
erūt tua omnia. Et respondens ihesus
dixit illi. Scriptū est. Dñm deum tuū
adorabis: et illi soli serues. Et duxit
illū in iherlm. et statuit eū super pinnā
templi: et dixit illi. Si filius dei es:
Mitte te hinc deorsum. Scriptū est enī. qd
angelis suis mādauit de te. ut conser-
uent te: et quia in manibus tollent te. ne
forte offendas ad lapidem pedem tuū.
Et respondēs ihesus ait illi. Dictum
est. Non temptabis dñm deū tuū. Et
consummata omni temptatōne: dyabol⁹
recessit ab illo usq; ad temp⁹. Et regres-
sus est ihesus in uirtute spiritus in ga-
lileam: et fama eijt p uniuersam regi-
onem de illo. Et ipse docebat in syna-
gogis eorū: et magnificabatur ab omni-
bus. Et uenit nazareth ubi erat nutri-
tus: et intrauit scdm consuetudinē suā
die sabbati in synagogā: et surrexit le-
gere. Et traditus est illi liber ysaye pro-
phete. Et ut reuoluit librum: inuenit lo-
cum ubi scriptū erat. Spiritus domi-
ni sup me ppter qd unxit me euāgeliza-
re pauperibus misit me: sanare cōtort⁹
corde. predicare captiuis remissionē. et
recis uisum: dimittere contractos in re-
missionē: p̄dicare annū dñi acceptū:
et diē retributionis. Et cū plicuisset li-
brum: reddidit ministro et sedit. Et o-
mnium in synagoga oculi erāt intendē-
tes in eū. Cepit autē dicere ad eos: q̄a
hodie impleta ē hec scriptura in auribus
uestris. Et omnes testimoniū illi da-
bant: et mirabant in uerbis gratie. q̄
procedebat de ore ipsius: et dicebant.

177
Nōne hic est fili⁹ ioseph? Et ait illis.
Et nō; dicetis michi hanc similitudinē.
Medice cura teipsum. Quanta audi-
uimus facta in capharnaū: fac et hic
in patria tua. Ait autē. Amen dico vo-
bis quia nemo ppheta accept⁹ ē in pa-
tria sua. In veritate dico vobis: multe
vidue erant in israhel in diebus helie
quādo clausum est celum annis tribz
et mensibus sex. cum facta esset fames
magna in omni terra: et ad nullā illa-
rum missus est helias. nisi in sarepta
sydonie. ad mulierem viduā. Et mis-
si propheta erant in israhel sub helyseo pro-
pheta: et nemo eorū mundatus est nisi
naaman syrus. Et repleti sunt omnes
in synagoga ira hec audiētes. Et sur-
reperūt et eiecerūt illū extra civitatem: et
duxerūt illū usq; ad sup̄ciliū montis.
sup̄ quē civitas illorū erat edificata: ut
p̄cipitarent eum. Ipse autem trāsiens.
per mediū illorū ibat. Et descendit in
capharnaum civitatem galilee: ibiq;
docebat illos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: quia ī potestate erat
sermo ipsius. Et in synagoga erat ho-
mo habens demoniū immūdum: et
exclamavit voce magna dicens. Si-
ne: qđ nobis. et tibi ihesu nazarene?
Venisti p̄dere nos. Scio te qđ sis: san-
ctus dei. Et increpavit illū ihesus di-
cens. Obmutesce: et egi ab eo. Et cum
proiecisset illū demoniū in medium eg-
iit ab illo: nichilq; illum nocuit. Et fa-
ctus est pavor in omnibz: et colloque-
bant̄ adinvicem dicentes. Quod ē hoc
verbū: quia in potestate et virtute imp-
rat immūdis spiritibus et egeunt? Et
divulgabat̄ fama de illo. in omnem
locū regionis. Surgens autē ihesus
de synagoga. introiit in domū simo-
nis. Socius autem simonis cubat̄

magnis febris: et rogaverūt illum
pro ea. Et stans sup̄ illā imperavit fe-
bri et dimisit illam: et cōtinuo surgēs
ministravit illis. Cū sol autē occidisset
omnes qui habebāt infirmos varijs
languoribus. Ducebāt illos ad eum:
at ille singulis manus imponens cu-
rabat eos. Exiebant autē demonia a
multis clamantia et dicentia: quia tu
es filius dei. Et increpans nō sinet̄
ea loqui: quia sciebāt ipm̄ esse cristum.
Facta autē die egressus ibat in desertū
locum: et turbe requirebāt eum et ve-
nerūt usq; ad ipm̄: et detinebāt illum
ne discederet ab eis. Quibus ille ait.
Quia et alijs civitatibz oportet me evā-
gelizare regnū dei: qđ ideo miss⁹ sū. Et
erat p̄dicās ī synagogis galilee.

Actum est autē cū turbe irruerent
in eum ut audirent verbū dei:
et ipse stabat secus stagnum genezareth.
Et vidit duas naues stantes sec⁹ sta-
gnum: piscatores autē descenderant et
lauabāt retia. Ascendēs autē ī unā na-
vim que erat simonis: rogavit eum
a terra reducere pusillū. Et sedēs doce-
bat de navicula turbas. Ut cessavit
autē loqui: dixit ad simonē. Duc in al-
tum: et laxate retia vestra in capturā.
Et respōdens simon dixit illi. Prece-
ptorū p̄ totam noctem laborātes nichil
cepimus: in verbo autem tuo laxabo
rete. Et cum hoc fecissent: cōduserunt
piscū multitudinē copiosam. Rūpeta-
tur autem rete eorū. Et annuerūt socij
qui erant in alia naui: ut venirent et
adiuvarent eos. Et venerunt et imple-
verunt ambas naviculas: ita ut mee-
gerentur. Quod cum videret simon pe-
ccus: prociđit ad genua ihesu dicens.
Egi a me: qđ homo peccator sum dñe.
Stupor enim circūdeat eum: et omnes

qui cum illis erant: in captura piscium
quā reperant. Similiter autē iacobū &
iohānem filios zebedei: qui erant so-
rij simonis. Et ait ad simonē ihesus.
Noli timere: et hoc iam homines tui
capiēs. Et subductis ad terrā nauibus:
relictis omnibus secuti sunt illū. Et fa-
ctum est cum esset in una ciuitatū: & ec-
ce vir plenus lepra. et videns ihesum.
et p̄c̄idens in faciem suā: rogauit eum
dicens. Domine: si vis potes me mū-
dare. Et extendens manū: tetigit eum
dicens. Volo. Mūdare. Et cōfessū lepra
discessit ab illo. Et ip̄e p̄cepit illi ut ne-
mini diceret: sed vade ostende te sacer-
doti: et offer pro emundatione tua si-
cut p̄cepit moyses in testimoniū illis.
Perambulabat autē magis sermo de il-
lo: et cōuertebāt turbe multe ut audi-
rent: & curarentur ab infirmitatibus
suis. Ip̄e autē secedebat in desertum et
orabat. Et factū est in una die: & ip̄e
sedebat docens. Et erāt pharisei seden-
tes & legis doctores qui venerant ex o-
mni castella galilee & iudae. et iherlm:
& virtus dñi erat ad sanandū eos. Et
ecce viri portantes in lecto hominē q̄
erat paralyticus: et querebant eū infer-
re et ponere ante eum. Et non inueni-
entes qua parte illū inferrent p̄ turta:
ascenderūt supra tectum. et per regulas
sumiserūt eū cum lecto in mediū ante
ihesum. Quos fidē ut vidit dixit. Ho-
mo: remittuntur tibi peccata tua. Et
reperūt cogitare scribe et pharisei dicen-
tes. Quis ē hic qui loquitur blasphe-
mias? Quis potest dimittere peccata:
nisi solus deus? Et cognouit autē ihesus
cogitationes eorū: respondens dixit ad il-
los. Quid cogitatis in cordibus vestris?
Quid ē facilius dicere dimittere tibi
peccata: an dicere surge & ambula? Et autē

sciasis q̄a fili⁹ hoīs habet potestatem in
terra dimittere peccata: ait paralytico.
Tibi dico surge: tolle lectū tuū: et vade
in domū tuā. Et cōfessim consurgēs
corā illis tulit lectū in quo iacebat: et
abiit in domū suā magnificans deū.
Et stupor apprehendit omnes: & magni-
ficabāt deū. Et repleti sunt timore di-
centes: quia vidim⁹ mirabilia hodie.
Et post hec egiit: & vidit publicanum
nomine leui sedentem ad theloneū: et
ait illi. Sequere me. Et relictis omni-
bus: surgens secutus est eum. Et fecit
ei cōuiniū magnū leui in domo sua:
et erat turba multa publicanorū. & ali-
orū qui cum illis erant discumbentes.
Et murmurabāt pharisei et scribe eorū:
dicentes ad discipulos ei⁹. Quare cū
publicanis & peccatoribus manduca-
tis et bibitis? Et respondens ihesus di-
xit ad illos non egent q̄ sani sunt me-
dico: sed qui male habent. Non veni
vocare iustos: sed peccatores ad pe-
nitentiam. At illi dixerunt ad eū. Qua-
re discipuli iohannis ieiunant frequē-
ter et obsecrationes faciunt. similiter
et phariseorū: tui autē edunt & bibūt?
Quibus ip̄e ait. Nunquid potestis
filios sponsi dum cū illis est sponsus
facere ieiunare? Veniet autē dies: & cū
ablatus fuerit ab illis sponsus. tunc
ieiunabūt in illis diebus. Dicebat autē
et similitudinē ad illos. Quia nemo
cōmissurā a nouo uestimento immittit
in uestimentū vetus: alioquin & no-
uum rumpit: & veteri uō cōuenit com-
missura a nouo. Et nemo mittit vi-
num nouū in utres veteres: et vinū effun-
detur & utres percibūt. Sed vinū nouū
in utres novos mittendū est: & utraq;
conseruātur. Et nemo bibēs uer⁹ statū

vult novū: dicit enī vet⁹ meli⁹ ē.
Factū est autē in sabbato secundo
 primo. cū transiret per sata vel-
 lebāt discipuli eius spicas: et māduca-
 bant confricantes manibus. Quidā
 autē phariseorū dicebant illis. Quid
 facitis qđ non licet in sabbatis? Et re-
 spondens ihesus ad eos dixit. Nec hoc
 legistis qđ fecit dauid. cū esurisset ipse
 et qui cum illo erant: quomō intrauit
 in domum dei. et panes propositionis
 sumpsit: et māducauit. et dedit hijs q̄
 cum ipso erant: qđ nō licet māducare
 nisi tantū sacerdotibz? Et dicebat illis:
 quia dñs est filius hominis etiā sab-
 bati. factū est autē et in alio sabbato:
 ut intraret in synagogam et doceret.
 Et erat ibi homo: et man⁹ eius dege-
 rat arida. Observabāt autem scribe
 et pharisei si in sabbato curaret: ut in-
 uenirent unde accusarent eū. Ipse vero
 sciebat cogitationes eorū: et ait homini
 qui habebat manū aridā. Surge: et
 sta in medium. Et surgens stetit. Ait
 autē ad illos ihesus. Interrogo vos si
 licet sabbatis benefacere an male: ani-
 mam saluā facere an p̄dere? Et circū-
 spedis omnibz dixit hominū. Extende
 manū tuā. Et extendit: et restituta est
 manus eius. Ipsi autē repleti sunt in-
 pietria: et colloquebantē ad inuicē. qđ-
 nam facerent ihesu. factū est autē in il-
 lis diebz egijt in montem orare: et erat
 prostratus ī oratione dei. Et cum dies
 factus esset vocauit discipulos suos:
 et elegit duodecim ex ipis qđ et aplos
 nominauit: simonē quē cognomina-
 uit petrū et andrea fraterem eius: iaco-
 bum et iohannē. philippū et bartholo-
 meum. mattheum et thomam iacobū
 alpheī et simonem qui vocat zelotes
 et iudam iacobi: et iudam scarioth q̄

fuit proditor. Et descendens cum illis
 stetit in loco campestri et turba discipu-
 loꝝ eius: et multitudo copiosa plebis
 ab omni iudea et iherusalē et maritima
 et tyri et sydonis. qui uenerāt ut audi-
 rent eum: et sanarentur a languoribz
 suis. Et qui uegabantur a spiritibus
 immūdis curabantur. Et omnis tur-
 ba querebat eum tangere: quia uirtus
 de illo egiebat et sanabat omnes. Et
 ipse eleuatis oculis ī discipulos suos
 dicebat. Beati pauperes: quia uesterū
 est regnū dei. Beati qui nunc esuritis:
 quia saturabimini. Beati qui nunc
 fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum
 uos oderit hōies et cū separauerint uos
 et reprobrauerint: et eiecerint nomen
 uesterū tanq̄ malū p̄pter filiū hominū.
 Gaudete in illa die et exultate: ecce enī
 merces uestra multa est in celo. Secun-
 dum hec enim faciebant prophetis pa-
 tres eorū. Verūtamen ue uobis diuiti-
 bus: qui habetis consolationē uestrā.
 Ue uobis qui saturati estis: quia esu-
 rietis. Ue uobis qui ridetis nunc: qđ
 lugebitis et flebitis. Ue cū bene uobis
 dixerint omnes homines. Secundū hec
 enim faciebāt p̄phetis patres eorū. Sed
 uobis dico qui auditis. Diligite in-
 micos uestros: benefacite hijs q̄ uos
 oderunt. Benedicite maledicentibus
 uos: orate pro calumniātibz uos.
 Si qui te p̄cutit in maxillā. prebe et al-
 teram: et ab eo qui aufert tibi uestimē-
 tum. etiā tunicam noli p̄hibere. Quā
 autē petenti te tribue: et qui aufert que
 tua sunt ne repetas. Et prout uultis
 ut faciant uobis homines: et uos faci-
 te illis similitet. Et si diligitis eos qui
 uos diligunt: que uobis est gratia?
 Nam et peccatores diligentes se dili-
 gunt. Et si benefeceritis hijs q̄ uobis

benefaciunt: que vobis est gratia? Si
quidem et peccatores hoc faciunt. Et
si mutuū dederitis hīs a quibus spe-
ratis recipere: q̄ gratia est vobis? Nā
et peccatores peccatoribz feneant: ut
recipiant equalia. Verūtamē diligite
inimicos vestros: benefacite et mu-
tuū date: nichil inde sperantes: et erit
merces vestra multa: et eritis filij altis-
simi: quia ipse benignus ē sup ingratos
et malos. Estote ergo misericordes: si-
cut et pater vester misericors ē. Nolite
iudicare: et non iudicabimini. Nolite
condemnare: et non cōdemnabimini.
Dimittite: et dimittentini. Date: et
dabitur vobis. Mensurā bonā et con-
fectam: et coagitatā et sup effluentem
dabūt in synū vestrū. Eadē vero men-
sura qua metisi fueritis: remetietur vo-
bis. Dicet aut illis et similitudinem.
Nunquid potest cecus cecum ducere?
Nōne ambo in foveā cadūt? Nō est
discipulus sup magistrū: pfectus autē
omnis erit: si sit sicut magister ei. Quid
aut vides festucā in oculo fratris tui:
trabem aut que in oculo tuo est non
consideras? Aut quomodo potes di-
cere fratri tuo: frater: sine eiciā festucā
de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem
non vides? Propterea eice primū tra-
bem de oculo tuo: et tunc perspicies ut
educas festucam de oculo fratris tui.
Non est enim arbor bona q̄ facit feu-
tus malos: neq; arbor mala facien-
s fructum bonū. Quaqueq; enim arbor
de fructu suo cognoscitur. Neq; enim
de spinis colligūt ficus: neq; de rubo
vindemiāt uvam. Bonus homo de
bono thesauro cordis sui pferet bonū: et
malus homo de malo thesauro pferet
malū. Ex abundātia enī cordis os lo-
quit. Quid aut vocatis me dñe dñe: et

nō facitis que dico? Quis q̄ venit ad
me: et audit sermones meos: et facit e-
os: ostendā vobis cui similis sit. Si-
milis est homini edificāti domū qui
sedit in alci: et posuit fundamentū su-
pra petram. Inundatione autem fa-
cta illisum est flumen domui illi: et nō
potuit eam mouere. Fundata enī erat
supra petram. Qui autē audit et nō fa-
cit similis est homini edificāti domū
suā supra terram sine fundamento: in
quā illisus ē fluvius: et cōtinuo cecidit: et
facta ē ruina domū illi magna. 111

Qum aut impleverit omnia verba
sua in aures plebis: intravit ca-
pharnaū. Centurionis aut cūstrā
seuus male habens erat moriturus:
qui illi erat p̄ciosus. Et cum audisset
de ihesu: misit ad eum seniores iudeo-
rum: rogans eū ut veniret: et salvaret
seuū ei. At illi cū venissent ad ihesum
rogabant eum sollicite dicentes ei: q̄a
dignus est ut hoc illi p̄stes. Diligite enī
gentem nrām: et synagogam ipse edi-
ficavit nobis. Ihesus autem ibat cū
illis. Et cum iam non longe esset a do-
mo: misit ad eum centurio amicos
dicens. Domine: noli vegari. Nō enī
sum dignus ut sub tectū meū intres: pro-
pter qd et meipsum non sum dignum
arbitratus ut venirem ad te: sed dic
verbo et sanabitur puer meus. Nam
et ego homo sum sub potestate cōsti-
tutus: habens sub me milites: et dico
huic vade et vadit: et alio veni et venit:
et seruo meo fac hoc et facit. Quo au-
dito ihesus miratus est: et cōuersus se-
quentibz se turbis dixit. Amen dico
vobis: nec in israel tantam fidem in-
veni. Et reuersi qui missi fuerant do-
num: inuenerūt seuū qui languerat
sanū. Et factū est deinceps ibat ihesus

in ciuitatem que vocat̄ nāyru: et ibant
cum eo discipuli eius ⁊ turba copiosa.
Cum aut̄ appropinquaret porte ciuita-
tis: ecce defunctus efferebatur fili⁹ uni-
cus matris sue. Et hec vidua erat: et
turba ciuitatis multa cum illa. Quā-
cum vidisset dñs: misericordia mot⁹
sup̄ eā dixit illi. Noli flere. Et accessit:
et tetigit oculū. Qui aut̄ qui portabāt
flecterūt. Et ait. Adolescens. tibi dico sur-
ge. Et resedit qui erat mortuus: ⁊ cepit
loqui: et dedit illū matri sue. Accepit
aut̄ omnes timor: et magnificabant
deum dicentes. Quia p̄pheta magnus
surrexit in nobis: ⁊ quia de⁹ uisitauit
plebem suā. Et egit hic seruo in uni-
uersam iudeam de eo: et omnē circa re-
gionē. Et nūciauerūt iohāni discipuli
eius de omnibus hīs. Et rōuocauit
duos de discipulis suis iohannes: et
misit ad ihesum dicens. Tu es q̄ uen-
tur⁹ es. an alium expectam⁹? Cū aut̄
uenissent ad eum uiri dixerunt. Iohā-
nes baptista misit nos ad te dicens.
Tu es qui uenturus es an aliū expecta-
mus? In ipsa aut̄ hora multos cura-
uit a languoribus suis et plagis. et spi-
ritibus malis: ⁊ cecis multis donauit
uisum. Et respondens dixit illis. Eun-
tes renūciate iohanni que audistis ⁊
uidistis. Quia ceci uident claudi am-
bulant. leprosi mundant: surdi audi-
unt. mortui resurgunt. pauperes euan-
gelizanē: et beatus est quicūq; nō fue-
rat scandalizat⁹ in me. Et cum discessis-
sent nunciū iohānis: cepit de iohāne
dicere ad turbas. Quid egistis in deser-
tum uidere? Arundinē uento agitātā?
Sed q̄d egistis uidere? Hōiem mollibus
uestimētis indutū? Ecce qui ī ueste pre-
ciosa sūt et delicijs. ī domibus regū sūt.
Sed quid egistis uidere? Prophetam?

Utiq; dico uobis: et plus q̄ p̄pheta?
Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto
angelū meū ante faciem tuā: qui p̄pa-
rabit uiam tuā ante te. Dico enim uo-
bis: maior inter natos mulierū p̄phe-
ta iohāne baptista nemo est. Qui aut̄
minor est in regno dei maior est illo.
Et omnis plus audiens. et publica-
ni iustificauerūt deum: baptizati ba-
ptismo iohānis. Pharisei aut̄ ⁊ legis-
periti. consiliū dei spreuerunt in semet-
ipso: nō baptizati ab eo. Ait autem
dñs. Cui ergo similes dicam hui⁹
generatiōnis hui⁹: et cui similes sunt?
Similes sūt pueris sedētibus ī foro: et
loquētibus ad inuicē et dicētibus. Can-
tauim⁹ uobis tibijs et non saltastis:
lamētauim⁹ ⁊ non plorastis. Venit
aut̄ iohānes baptista neq; māducās
panem neq; bibēs uinū: et dicitis. De-
moniū habet. Venit filius hōis man-
ducās ⁊ bibens: et dicitis. Ecce homo
deuorator: et bibens uinū amicus pu-
blicanorū et peccatorū. Et iustificata est
sapientia. ab omnibus filijs suis. Ro-
gabat aut̄ illū quidā de phariseis ut
māducaret cum illo. Et ingressus do-
mum pharisei discubuit. Et ecce mu-
lier que erat in ciuitate peccatrix. ut co-
gnouit q̄ accubuit in domo pharisei
attulit alabastrū ungenti: et stans re-
tro secus pedes ei⁹ lacrimis cepit riga-
re pedes ei⁹. et capillis capitis sui ter-
gebat: ⁊ osculabat̄ pedes ei⁹ et ungen-
to ungebat. Videns aut̄ phariseus q̄
uocauerat eū: ait intra se dicens. Hic si
esset p̄pheta: sciret utiq; que ⁊ qualis ē
mulier que tangit eum: quia peccatrix
est. Et respondens ihesus dixit ad il-
lum. Simon: habeo tibi aliquid dice-
re. Ait ille ait. Magister dic. Duo de-
bitores erant cuiādam feneratori: un⁹

debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent: donauit utriusque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens simon dixit. Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hec autem lacrimis rigauit pedes meos. et capillis suis cesit. Osculum michi non dedisti: hec autem equo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa: quoniam diligit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et reperit qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

Factum est deinceps. et ipse iter faciebat per ciuitates et castella predicans et euangelizans regnum dei: et duodecim cum illo. et mulieres aliquae. quae erant curate a spiritibus malignis et infirmitatibus: maria que vocatur magdalene. de qua septem demonia egerant. et iohanna uxor chuze procuratoris herodis. et susanna et alie multe que ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueneret et de ciuitatibus preareret ad eum: dixit per similitudinem. Egit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat aliud cecidit secus viam. et conculcatum est: et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram. et natum aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: et simul egerit

spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interea rogabant autem eum discipuli eius: quod esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis: ut videntes non viderent. et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus viam. hi sunt qui audiunt: deinde venit dyabolus et tollit verbum de corde eorum. ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent: quia ad tempus credunt. et in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt et a sollicitudinibus et diuitiis et voluptatibus vite euntes suffocantur: et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent: et fructum afferunt in patientia. Sermo autem lucernam accendens operit eam vase. aut subtus lectum ponit: sed supra candelahebrum ponit: ut intrantes videant lumen. Non est enim occultatum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur. et in palam veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet dabitur illi: et quicumque non habet: etiam quod putat se habere auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater et fratres eius: et non poterant adire ad eum propter turbam. Et nuntiatum est illi. Mater tua et fratres tui stant foris: volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos. Mater mea et fratres mei hi sunt: qui verbum dei audiunt et faciunt. Factum est autem in una die: et ipse ascendit in nauiculam.

et discipuli ei⁹: et ait ad illos. Trāstremus trans stangnū. Et ascenderūt. Et nauigātib⁹ illis obdormiuit: et descendit procella venti in stangnū: ⁊ compellebant e⁹ et periclitabant. Accedentes autem suscitauerūt eū dicentes. Preceptor perim⁹. At ille surgens increpauit ventū et tempestatem aque et cessauit: ⁊ facta est trāquillitas. Dixit autem illis. Vbi est fides uestra? Qui timētes mirati sunt ad inuicem dicentes. Quis putas hic est? Quia et venti et mari imperat. ⁊ obediunt ei. Et nauigauerūt ad regionē gerasensorū. q̄ est contra galileā. Et cum de nauī egressus esset ad terram occurrit illi vir quidā q̄ habebat demoniū iā tēporib⁹ multis: et uestimēto non induebatur: neq; in domo manebat sed in monumentis. Is ut vidit ihesum p̄didit ante illū: et exclamās voce magna dixit. Quid michi ⁊ tibi est ihesu fili dei altissimi? Obsecro te: ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immūdo: ut exiret ab homine. Multis enī temporibus arripiebat illū: ⁊ vinciebat carchenis ⁊ cōpedib⁹ custodiē: et ruptis vinculis agebatur a demonio in deserta. Interrogauit autē illū ihesus dicens. Quod tibi nomē est? At ille dixit. Legio. Quia intrauerāt demonia mītra in eum. Et rogauerūt illū: ne imperaret illis ut in abissum irent. Erat autē ibi grex porcorū multorū pascentiū in monte: et rogabāt eū ut pmitteret eis in illos ingredi. Et p̄misit illis. Exierunt ergo demonia ab homine: et intrauerunt in porcos: et impetu abiit grex p̄ p̄cep̄s i stangnū: ⁊ suffocat⁹ est. Quō ut viderūt factū q̄ pascebant fugerunt: ⁊ nunciauerūt in ciuitatē et i villas. Exierūt autē videre qd factū est: et

uenerūt ad ihesum. ⁊ inueniūt hominem sedentem a quo demonia exierāt uestitū. ac sana mente ad pedes eius: et timuerūt. Nunciauerūt autē illis et q̄ viderant: quomō sanus factus esset a legione. Et rogauerūt illū omnis multitudo gerasensorū: ut discederet ab ip̄is: quia magno timore tenebant. Ipse autē ascendens nauim reuersus est. Et rogabat illū vir. a quo demonia exierant ut cum eo esset. Dimisit autē eū ihesus dicens. Redi in domū tuam: et narra quāta tibi fecit deus. Et abiit p̄ vniuersam ciuitatē p̄dicans: quanta illi fecisset ihesus. Factū est autē cū redisset ihesus: excepit illū turba. Erāt autē omnes expectantes eum. Et ecce venit vir cui nomē iairus et ip̄e princeps synagoge erat: et cecidit ad pedes ihesu. rogans eū ut intraret in domū eius: quia unica filia erat ei fere annorū duodecim. et hec moriebat. Et contigit dum iret: a turbis comprimebat. Et mulier quedā erat in fluxu sanguinis ab ānis duodecim: que in medicos erogauerat omnē substantiā suā. nec ab ullo potuit curari. Accessit retro et tetigit fimbriā uestimēti ei⁹: ⁊ cōfestim stetit fluxus sanguinis ei⁹. Et ait ihesus. Quis est qui me tetigit? Negantibus autē omnib⁹: dixit petrus et qui cū illo erāt. Preceptor. turbe te cōprimūt et affligūt: ⁊ dicitis quis me tetigit? Et dixit ihesus. Tetigit me aliquis. Nā et ego noui virtutem de me exisse. Videns autē mulier quia nō latuit. tremēs venit ⁊ prociuit ante pedes eius: et ob quā causam tetigerit eū indicauit coram omni p̄plo: et quēadmodū cōfesti sanata sit. At ipse dixit ei. Filia. fides tua te saluā fecit. Vade in pace. Adhuc illo loquēte. venit quidā ad principē

synagoge dicēs ei quia mortua ē filia tua: noli uexari illum. Ihesus autē audito hoc uerbo: respōdit patri puella. Noli timere. Crede tantū: et salua erit. Et cum uenisset domū. non pmissit intrare secū quēquā nisi petrū et iacobū et iohānem: et patrem et matrem puellae. Flebāt autē omnes: et plangebant illā. At ille dixit. Nolite flere. Non est mortua puella sed dormit. Et decidēbant eū: scientes quā mortua esset. Ipse autem tetrens manū eius clamauit dicens. Puella surge. Et reuersus est spiritus eius: et surrexit continuo. Et iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes ei⁹: quibus precepit ne alicui dicerent quod factū erat.

Quod oratis autē ihesus duodecim ap̄tis. Dedit illis uirtutem et potestatem sup̄ om̄ia demonia: et ut languores curarent. Et misit illos p̄dicare regnū dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in uia neq; uirgā neq; peram. neq; panem neq; pecuniā: neq; duas tunicas habeatis. Et in quācumq; domū intraueritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicumq; non receperint uos: exeuntes de ciuitate illa etiā puluerem pedū uestrorū egredite in testimonium supra illos. Egressi autē circuibāt per castella: euangelizantes et curantes ubiq; Audiuit autem herodes tetrarcha om̄ia que fiebant ab eo. et hesitabat eo qd dicerēt a quibusdā quia iohānes surrexit a mortuis: a quibusdā uero quia helyas apparuit: ab alijs autē quia p̄pheta unus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Iohānem ego decollauī. Quis ē autē iste de quo ego talia audio? Et querebat uidere eū. Et reuersi ap̄ti narrauerūt illi quaecumq; fecerūt: et assumptis illis

secessit seorsum in locū desertū. q̄ ē bethsaida. Quōd cū cognouissent turbe secuti sūt illū: et recepit illos et loquebat̄ illis de regno dei: et eos qui cura indigebant sanabat. Dies autē reperat declinare. Et accedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbas: ut euntes in castella uillasq; que circa sunt diuertāt et inueniāt escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autē ad illos. Vos date illis manducare. At illi dixerūt. Non sūt nobis plus qm̄ quinq; panes et duo pisces: nisi forte nos eamus. et euam⁹ in omnē hanc turbā escas. Erant autē fere uiri quinq; milia. Ait autē ad discipulos suos. Facite illos discumbere per cōtina quinquagētos: et ita fecerunt. Et discubuerūt omnes. Acceptis autē quinq; panibus et duobus piscibus respexit in celū et benedixit illis: et fregit et distribuit discipulis suis: ut ponerent ante turbas. Et māducauerūt omnes: et saturati sunt. Et sublatū est quod sup̄fuit illis fragmentorū cophini duodecim. Et factū est cū solus esset orās. erant cum illo et discipuli: et interrogauit illos dicens. Quem me dicūt esse turbe? At illi responderūt et dixerunt iohānem baptistā: alij autē helyā: alij uero quia unus p̄pheta de prioribus surrexit. Dixit autē illis. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens simon petrus dixit. Cristū dei. At ille increpans illos precepit ne cui dicerēt hoc: dicens. quia oportet filium hominis multa pati et reprobari a senioribus et principibus sacerdotū. et scribis et occidi. et tertia die resurgere. Dicebat autē ad omnes. Si quis uult post me uenire. abneget semetip̄m: et tollat crucē suā quotidie: et sequat̄ me. Qui enim uoluerit animā suā saluā facere p̄det

illā. Nam qui p̄didit animā suam
propter me: saluā faciet illā. Quid enī
proficit homo si lucretur uniuersum
mundū: se autē ip̄m p̄dat ⁊ decimētū
sui faciat? Nam q̄ me erubuerit et me-
os sermones: hunc filius hominis e-
rubescet cum uenerit in maiestate sua
et patris et sanctorū angelorū. Dico
autē uobis: uere sunt aliqui hic stātes.
qui nō gustabāt mortem donec uide-
ant regnū dei. Factū est autē post hec
uerba fere dies octo: et assumpsit petrū
et iacobum et iohānem: et ascendit in
montē ut oraret. Et factū ē dum ora-
ret: species uultus eius altera. ⁊ uestis
ei⁹ albus et fulgens. Et ecce duo uiri
loquebant̄ cū illo. Erant autē moyses
et helyas uisi in maiestate: et dicebāt
excessum eius. quem completur⁹ erat
in iherusalē. Petrus uero ⁊ qui cū illo
grauati erant somno. Et euigilantes
uiderūt maiestatem eius: et duos uiros
qui stabāt cum illo. Et factū est cum
discederent ab illo: ait petrus ad ihe-
sum. Preceptor bonū est nos hic esse:
et faciam⁹ tria tabernacula: unū tibi. et
unū moyse. et unū helye. Nesciens q̄d
diceret. Hec autē illo loquente. facta est
nubes et obumbrauit eos: ⁊ timuerūt
intraantibz illis in nubē. Et uox facta
est de nube dicens. Hic est filius meus
dilectus: ip̄m audite. Et dū fieret uox
inuent⁹ ē ihesus solus. et ip̄i tacuerūt:
et nemini dixerūt in illis diebz quicq̄
ex hijs que uiderant. Factū est autē in
sequenti die descendētibz illis de mon-
te: occurrit illis turba multa. Et ecce uir
de turba exclamauit dicens. Magister
obsecro te: respice ī filiū meū q̄a uisit⁹
est michi. Et ecce spirit⁹ apprehendit eū.
et subito clamat: et elidit et dissipat eū
cum spuma: et uix discedit dilaniās

eum. Et rogauit discipulos tuos ut rice-
rent illū: et nō potuerūt. Respondens
autē ihesus dixit. Q̄ generatō infidelis
et pueris: usq; quo ero apud uos ⁊ pa-
tiar uos? Adduc huc filiū tuū. Et cū
accederet: elisit illū demoniū et dissi-
pauit. Et increpauit ihesus spiritū immū-
dum ⁊ sanauit puer⁹: ⁊ reddidit illū pa-
tri ei⁹. Stupebāt autē om̄es ī magnitu-
dine dei: om̄ibzq; mirātibz in om̄ibz
que faciebat. Dixit ad discipulos suos.
Bonite uos in cordibus ur̄is sermo-
nes istos. Filius enim h̄is. futurū est
ut credat̄ in manus hominū. At illi
ignorabāt uerbū istud: et erat uelatū
ante eos ut non sentirent illud: ⁊ time-
bant eū interrogare de hoc uerbo. In-
trauit autē cogitatio in eos: quis eorū
maior esset. At ihesus uidentis cogita-
tiones cordis illorū apprehendit puerū:
et statuit illū secus se: ⁊ ait illis. Qui-
cunq; susceperit puerū istū in nomine
meo me recipit. Et quicunq; me rece-
perit: recipit eum qui me misit. Nam
qui minor est inter om̄es uos: hic ma-
ior est. Respondens autē iohānes dixit.
Preceptor uidimus quēdam in nocte
tuo eicientem daemōnia: ⁊ phibūimus
eū. quia nō sequit̄ nobiscū. Et ait ad
illos ihesus. Nolite phibere. Qui enī
non ē aduersū uos pro uobis est. Fa-
ctum est autē dū cōplerent dies assump-
tionis eius: et ip̄e faciem suā firmauit
ut iret iherusalē. Et misit nūcios ante
cōspectū suū: et euntes intrauerūt ī ciui-
tatem samaritanorū ut pararent illi.
Et nō receperūt eū: q̄a facies eius erat
euntis iherusalē. Cum uidissent au-
tem discipuli eius iacobus et iohan-
nes dixerunt. Domine uis dicim⁹ ut
ignis descendat de celo: et cōsumat il-
los? Et cōuersus increpauit illos dicens.

Melchior cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere sed salvare. Et abiit in aliud castellum. Factum est autem ambulanti illis in via: dixit quidam ad illum. Sequar te quocumque ieris. Dixit illi ihesus. Vulpes foveas habent: et volucres celi nidus: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Redit autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Domine: permittite michi primum ire: et sepelire patrem meum. Dixitque ei ihesus. Bine ut mortui sepeliatur mortuos suos: tu autem vade et annuncia regnum dei. Et ait alter. Sequar te domine: sed permittite michi primum renuciare hijs qui domi sunt. Redit ad illum ihesus. Nemo mittens manum suam ad aratrum et aspiciens retro: aptus est regno dei.

Quod hec autem designavit dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem terram et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis: ut mittat operarios in messem. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neque peram neque calciamenta: et neminem per viam salutaveritis. In quantumcunque domum intraveritis: primum dicitur pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis: requiescat super illum pax vestra: si autem ad vos revertetur. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quantumcunque civitatem intraveritis et susceperint vos manducate que apponuntur vobis: et curate infirmos qui in illa sunt: et dicitur illis appropinquabit in vos regnum dei. In quantumcunque autem civitatem intraveritis

et non susceperint vos: egredietes in plateas eius dicitur. Etiam pulverem que adhesit nobis de civitate vestra egredietur in vos. Tamen hoc scitote quia appropinquabit regnum dei. Dico vobis: quia sodomis in die illa remissius erit quam illi civitati. Ne tibi corozaim ne tibi bethsaida: quia si in tyro et sydone facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis olim in cilicio et cinere sedentes peniteret. Verumtamen tyro et sydoni remissius erit in iudicio quam vobis. Et tu capharnaum usque ad celum exaltata: usque ad infernum demergeris. Qui vos audit me audit: et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit: spernit eum que me misit. Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes. Domine: etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam sathanan sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones et supra omnem virtutem inimicam: et nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus vobis subiciuntur. Gaudete autem: quia nomina vestra scripta sunt in celis. In ipsa hora exultavit in spiritu sancto et dixit. Confiteor tibi domine pater celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et revelasti ea parvulis. Etiam pater: quoniam sic placuit ante te. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater: et quis sit pater nisi filius: et cui voluerit filius revelare. Et conversus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis: quia multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis et non viderunt: et audire que auditis et non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit temptans illum et dicens. Magister: quod

faciendo vitā eternā possidebo? At ille dixit ad eū. In lege quid scriptū est? Quomodo legis? Ille respōdens dixit. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo et ex tota anima tua. et ex omnibus viribus tuis et ex omni mente tua: et proximum tuū sicut teipm. Dixitq; illi. Recte respōdisti. Hoc fac et viues. Ille autē volēs iustificare seipm dixit ad ihesum. Et quis ē me⁹ proximus? Suscipiens autē ihesus dixit. Homo quidā descendebat ab iherosolymis et incidit in latrones: q; etiā despoliauerūt eū: et plagis impostis abiit semiviuo relicto. Accidit ut sacerdos quidā descenderet eadē via: et viso illo p̄teruuit. Similiter et leuita: cum esset sec⁹ locū et videret eū p̄teruuit. Samaritanus autē quidā iter faciens venit secus eū: et videns eum misericordia motus ē. Et appropians alligauit vulnera ei⁹: infundens oleū et vinū: et imponens illum in iumentū suū duxit in stabulū: et curā eius egit. Et altera die p̄tulit duos denarios: et dedit stabulario et ait. Curā illius habe: et quocūq; superogaueris. ego cum rediero reddā tibi. Quis horū eū videtur tibi proximus fuisse illi. qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā in illū. Et ait illi ihesus. Vade: et tu fac similiter. Factū est autē dū irent. et ipse intrauit in quoddā castellū: et mulier quedā martha noīe recepit illū in domū suā: et huic erat soror nomine maria. Que etiam sedens secus pedes dñi audiebat verbum illius: martha autē satagebat circa frequens ministeriū. Que stetit et ait. Dñe: non ē tibi cure q; soror mea reliquit me solā ministrare? Dic ergo illi ut me adiuet. Et respondēs dixit illi domin⁹. Martha martha sollicita

es: et turbaris circa plurima. Porro unū ē necessariū. Maria optimā partem elegit: q; nō auferet ab ea. Et factū est cum esset in quodam loco orās: ut cessauit dixit vn⁹ ex discipulis eius ad eum. Domine doce nos orare: sicut docuit iohannes discipulos suos. Et ait illis. Cū oratis dicite. Pater sanctificetur nomē tuū: adueniat regnū tuū: panē nr̄m quotidianū da nobis hodie: et dimicte nobis peccata nr̄a sicut dimicte tim⁹ debitoribus nr̄is: et ne nos inducas in temptationē. Et ait ad illos. Quis vestrū habebit amicū et ibit ad illum media nocte et dicet illi amice comoda michi tres panes. quoniā amic⁹ me⁹ venit de via ad me. et non habeo quō ponā ante illū: et ille deintus respondens dicit. noli michi molestus esse. iā ostiū clausum est. et pueri mei mecum sunt in cubili. non possum surgere et dare tibi. Et ille si p̄seuerauerit pulsās: dico vobis. et si nō dabit illi surgens. eo q; amicus ei⁹ sit: p̄ter improbitatem tamen ei⁹ surget. et dabit illi quicquid habet necessarios. Et dico ego vobis. Petite et dabit vobis: querite et inuenietis: pulsate et aperietur vobis. Quis etiā q; petit accipit: et q; querit inuenit: et pulsanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit panē: nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpente dabit illi? Aut si petierit quū: nunquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali nobis bona data dare filijs vris: quāto magis pater vester celestis de celo dabit bonū spiritū petentibus se. Et erat eiciens demoniū et illud erat mutū: et cum eiecisset demoniū locut⁹ ē mutus: et ammirate sunt turbe. Quidā autē

re eis dixerunt. In beelzebub principe
 demoniorum eicie demonia. Et alij tem-
 perantes: signum querebant ab eo. Ipse
 autem ut vidit cogitationes eorum dixit eis.
 Omne regnum in seipsum divisum de-
 solabitur: et domus supra domum cadet.
 Si autem et sathanas in seipsum divisus
 est. quomodo stabit regnum eius: quia
 dicitis in beelzebub eicere me demonia?
 Si autem ego in beelzebub eicio demonia:
 filij vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi
 iudices vestri erunt. Porro si in digito
 dei eicio demonia: profecto puenit in vos
 regnum dei. Cum fortis armatus custo-
 dit atrium suum: in pace sunt ea que pos-
 sidet. Si autem fortior eo supervenerit vi-
 cecit eum: universa arma eius auferet in
 quibus confidebat: et spolia eius distri-
 buit. Qui non est mecum contra me est: et qui
 non colligit mecum dissipat. Cum immu-
 dus spiritus egerit de homine pambu-
 lat per loca inaquosa. querens requiem:
 et non inueniens dicit. Reuertar in do-
 mum meam unde egiui. Et cum venerit
 inuenit eam scopis mundatam. Tunc va-
 dit et assumit septem alios spiritus secum
 nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et
 sunt nouissima hominis illius peiora pri-
 oribus. factum est autem cum hec diceret:
 extollens vocem quaedam mulier de turba
 dixit illi. Beatus venter qui te portauit:
 et ubera que suxisti. At ille dixit. Qui-
 nummo beati qui audiunt verbum dei: et
 custodiunt illud. Turbis concurrentibus
 cepit dicere. Generatio hec generatio
 nequam est: signum querit et signum non da-
 bitur ei nisi signum ione. Nam sicut fuit
 ionas signum nimuitis: ita erit filius ho-
 minis generationi isti. Regina austri
 surget in iudicio: cum viris generationis
 huius et condemnabit illos: quia venit a
 finibus terre audire sapientiam salomonis.

Et ecce plus quam salomon hic. Viri ni-
 miue surgent in iudicio cum generatio-
 ne hac et condemnabunt illam: quia peni-
 tentiam egerunt in predicatione ione. Et
 ecce plus quam iona hic. Memento lucernam
 accendit et in abscondito ponit neque
 sub modio sed supra candelabrum: ut
 qui ingrediuntur lumen videant. Lucer-
 na corporis tui est oculus tuus. Si o-
 culus tuus fuerit simplex. totum corpus
 tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit: etiam
 corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo
 ne lumen quod in te est tenebre sint. Si ergo
 corpus tuum totum lucidum fuerit. non ha-
 bens aliquam partem tenebrarum: erit luci-
 dum totum. Et sicut lucerna fulgoris il-
 luminabit te. Et cum loqueretur: rogauit
 illum quidam phariseus ut praderet apud
 se. Ihesus autem ingressus recubuit.
 Phariseus autem cepit intra se reputans
 dicere: quare non baptizatus esset ante
 prandium. Et ait dominus ad illum. Mune
 vos pharisei quod de foris est calicis. et
 rathini mundatis: quod autem intus est vni-
 pleturn est rapina et iniquitate. Stulti:
 nonne qui fecit quod de foris est. etiam id
 quod de intus est fecit? Veritatem quod
 superest date elemosinam: et ecce omnia
 mundata sunt vobis. Sed ve vobis
 phariseis qui decimatis mentam et ru-
 ram et omne olus: et preteritis iudicium et
 caritatem dei. Hec autem oportuit facere:
 et illa non omittere. Ve vobis pharise-
 is: quia diligitis primas cathedras in
 synagogis. et salutationes in foro. Ve
 vobis quia estis ut monumenta que non
 apparent. et homines ambulantes su-
 pra. nesciunt. Respondens autem quidam
 re legisperitis ait illi. Magister: hec di-
 cens etiam contumeliam nobis facis. At il-
 le ait. Et vobis legisperitis ve: quia
 oneratis homines oneribus que portare

non possunt: et ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas. Ne vobis quod edificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Sed profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam quidem ipsi eos occiderunt: vos autem edificatis eorum sepulcra. Propterea et sapientia dei dixit. Mittere ad illos prophetas et apostolos et esse illis occidit et persecutentur: ut inquiratur sanguis omnium prophetarum: qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista: a sanguine abel usque ad sanguinem zacharie: qui perijt iter altare et ede. Ita dico vobis: requireret ab hac generatione. Ne vobis legisperitis qui tulistis clavem scientie: ipsi non introistis: et eos qui introibant prohibuistis. Cum autem hec ad illos diceret: ceperunt pharisei et legisperiti graviter insistere: et os eius opprimere de mulieribus insidiantes ei: et querentes aliquid rapere de ore eius: ut accularerent eum.

Multis autem turbis concurrentibus ita ut se invicem conculcarerent: cepit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento phariseorum quod est hypocrisis. Nichil enim operatum est quod non reueletur: neque absconditum quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis: in lumine dicentur: et quod in aure locuti estis in cubiculis: predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis ne timeamini ab hijs qui occidunt corpus: et post hec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timee eum: qui postquam occiderit: habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis: hunc timeate. Nonne quicquid passeris venerit dispondis: et unus ex illis non est in oblivione coram deo? Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt.

Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. Dico autem vobis: omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus: et filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negaverit me coram hominibus: negabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis remittetur ei: ei autem qui in spiritu sancto blasphemaverit non remittetur. Cum autem inducerent vos in synagogas: et ad magistratus et potestates: nolite solliciti esse: qualiter aut quid respondeatis aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora: quid oporteat vos dicere. Fuit autem ei quidam de turba. Magister dicit fratri meo: ut dividat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo: quis me constituit iudicem aut divisorem supra vos? Dixitque ad illos. Videte et cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cuiusque vita est: et hijs que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens. Prois quidam divitis uberis fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciam: quod non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea: et maiora faciam: et illuc congregabo omnia que nata sunt michi et bona mea: et dicam anime mee. Anima: habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce: comede: bibe: epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te. Que autem parasti tui erunt? Sic est qui sibi thesaurizat: et non est in deum dives. Dixitque ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis: neque corpori quid induamini. Anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum.

Considerate conuos. q̄a non semināt
 neq; metūt quib; non ē cellariū neq;
 horcū: & de⁹ pascat illos. Quātoma-
 gis vos pluris estis illis? Quis autē
 vestrū cogitando potest adicere ad
 staturā suā cubitū unū? Si ergo neq;
 quod minimū est potestis: quid de
 ceteris solliciti estis? Considerate lilia
 quomō crescunt. Non laborāt neq;
 nent. Dico autē vobis: nec salomon
 in omni gloria sua vestiebatur sicut
 unū e⁹ istis. Si autē serū qd̄ hodie est
 in agro: & cras in thibanū mittitur de-
 us sic vscit: quātomagis vos pusil-
 le fidei? Et vos nolite querere qd̄ man-
 ducetis. aut quid bibatis: & nolite in
 sublime tolli. Hec autē omnia gentes
 mūdi querūt. Pater autē vester scit qm̄
 hijs indigetis. Verūtamē querite pri-
 mum regnum dei & iusticiam eius: et
 hęc omnia adiciēt vobis. Nolite ti-
 mere pusillus grece: quia cōplacuit pa-
 tri vestro dare vobis regnū. Vendite
 que possidetis et date elemosinā. Fa-
 cite vobis sacculos qui nō veterescūt:
 thesaurū nō deficientem in celis: q̄ fur
 nō appropiat. neq; tinea corrumpit.
 Vbi enim thesaurus vester est: ibi & cor
 vestrū erit. Sint lūbi vestrī p̄cincti & lu-
 ccne ardentes: & vos similes homini-
 bus expectātibus dñm suū quādo re-
 vertat a nuptijs: ut cū venerit & pulsa-
 verit confestim aperiat ei. Beati serui
 illi: quos rū venerit domin⁹ inuenerit
 vigilātes. Amen dico vobis: q̄ p̄cin-
 get se & faciet illos discubere: et trāsēs
 ministrabit illis. Et si venerit i secūda
 vigilia: et si in tertia vigilia venerit et
 ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc
 autē scitote: qm̄ si sciret paterfamilias
 qua hora fur veniret vigilaret usq;
 et nō sineret p̄fodi domū suā. Et vos

estote parati: quia qua hora non pu-
 tatis filius hominis venire. Ait autē
 ei petrus. Domine: ad nos dicitis hanc
 parabolā an & ad omnes? Dixit autē
 domin⁹. Quis putas est fidelis dispē-
 sator et prudēs: quē cōstituit domin⁹
 supra familiā suā ut det illis tēpore
 tritici mensurā? Beat⁹ ille seruus: quē
 cum venerit dñs inuenerit ita facientē.
 Vere dico vobis: quoniā supra omni-
 a que possidet cōstituet illū. Quod si
 dixerit seruus ille in corde suo. morā
 facie domin⁹ me⁹ venire: & cepit pec-
 tere seruos & ancillas et edere. et bibere.
 et inebriari: veniet domin⁹ serui illius
 in die qua nō sperat & hora qua nescit
 et diuidet eū: partemq; eius cū infide-
 libus ponet. Ille autē seruus q̄ cognouit
 volūtatē domini sui. et non p̄a-
 rauit. et nō fecit scdm volūtatē eius
 vapulabit multis: qui autē nō cognouit
 et fecit digna plagis vapulabit
 paucis. Omni autē cui multū datū est.
 multū queretur ab eo: et cui cōmenda-
 uerūt multū: plus petent ab eo. Ignē
 veni mittere in terrā: et quid volo nisi
 ut accendatur? Bap̄tismū autē habeo
 bap̄tizari. & quomō coartor usq; dū
 p̄ficiat? Putatis q̄a patem veni mittere
 in terram? Nō dico vobis: sed sepa-
 rationem. Erunt enim e⁹ hoc quinq;
 in domo una diuisi: tres in duos et
 duo in tres diuidentur: pater i filium.
 et filius in patrem suū: mater in filiā.
 et filia in matrem: socrus in nurū suā
 et nurus in socrū suā. Dicebat autem
 ad turbas. Cum videritis nubē oriē-
 tem ab occasu statim dicitis nimb⁹
 venit et ita fit: et cum austrū flantem
 dicitis. quia estus erit et fit. Propterea
 faciē celi et terre vobis p̄bare: hoc au-
 tem tempus quomodo non p̄batis?

Quid autē et a vobis ipsis nō iudica-
tis qđ iustū est? Cum autē vadis cum
aduersario tuo ad principē in via de
operam liberari ab illo: ne forte trahat
te ad iudicē et iudex tradat te rectori:
et rector mittat te in carcerem. Dico
tibi: non exies inde donec etiam vo-
uissimum minucum reddas.

Derant autē quidā ipso in tēpore
muniātes illi de galileis: quorū
languinē pilatus miscuit cū sacrificij
corū. Et respondens dixit illis. Puta-
tis qđ hī galilei pre omnibz galileis
peccatores fuerūt quia talia passi sūt?
Non dico vobis: sed nisi penitentiam
habueritis omnes similiter peribitis si-
cut illi decem et octo supra quos cecidit
turreis in bethsai et occidit eos. Putatis
quia et ipsi debitores fuerunt p̄ter omnes
homines habitantes in iherusalem?
Non dico vobis: sed si non penitenti-
am habueritis omnes similiter peribi-
tis. Dicebat autē et similitudinē. Arbo-
rem ficū habebat quidā plantatā in vi-
nea sua: et venit querens fructū in illa
et non inuenit. Dixit autē ad cultorem
vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio
querens fructū in ficulnea hac: et non
inuenio. Succide ergo illā. Ut quid
etiā terrā occupat? At ille respondēs
dixit illi. Domine: dimitte illā et hoc
anno usq; dum fodiā circa illā et mit-
tam stercora. Et siquidē fecerit fructū:
sinaut in futurū succides eā. Erat autē
docens in synagoga eorū sabbatis.
Et ecce mulier que habebat spiritum
infirmū annis decem et octo: et
erat inclinata: nec omnino poterat sur-
sum respicere. Quam cū videret ihesus
vocauit eam ad se: et ait illi. Mulier:
dimissa es ab infirmitate tua. Et im-
posuit illi manus: et confestim cecidit

et: et glorificabat deum. Respondēs
autē archisynagogus indignans qđ
sabbatis curallet ihesus: dicebat tur-
be. Hęc dies sunt in quibus oportet
operari. In hīs ergo venite et curami-
ni: et non in die sabbati. Respondēs
autē ad illū dñs dixit. Proccite unus-
quisq; vestrū sabbatum nō soluit bouē
suū aut asinū a presepio et ducit ad
aquam? Nanc autē filiā abrahe quā
alligauit sathanas ecce decem et octo
annis: non oportuit solui a vinculo
isto die sabbati? Et cum hęc diceret ecu-
bescbāt omnes aduersarij eius: et o-
mnis ipse gaudebat in uniuersis
qđ gloriose se habāt ab eo. Dicebat ergo.
Cui simile est regnū dei: et cui simile
estimabo illud? Simile ē grano linea-
pis: qđ acceptū homo misit in orbem
suū et creuit: et factū est in arborem ma-
gnam: et volucres celi requieuerūt in
ramis eius. Et iterū dixit. Cui simile
estimabo regnū dei? Simile est fenē-
ro qđ acceptū mulier abscondit in fa-
rine sata tris: donec fermentaret totū.
Et ibat p̄ ciuitates et castella docens:
et iter faciens in iherusalē. Ait autē illi
quidā. Dñe: si pauci sūt qđ saluāt? Ipse
autē dixit ad illos. Cōtendite intrare
per angustā portam: quia multi dico
vobis querūt intrare: et non poterunt.
Cum autē intrauerit patrefamilias et
clauserit ostiū et incipietis foris stare:
et pulsare ostiū dicentes dñe apri no-
bis: et respōdens dicet vobis. Nescio
vos unde sitis. Tunc incipietis dicere.
Māducauim⁹ corā te et bibim⁹: et in
plateis nostris docuisti. Et dicet vo-
bis. Nescio vos unde sitis. Discedite
a me omnes operarij iniquitatis. Ibi
erit fletus et stridor dēntiū: cū videritis
abrahā et isaac et iacob et omnes

prophetas in regno dei: vos autem
 repellere foras. Et venient ab oriente et
 occidente et aquilone et austro: et accu-
 bent in regno dei. Et ecce sunt novissi-
 mi qui erunt primi: et sunt primi qui
 erunt novissimi. In ipsa die accesserunt
 quidam phariseorum dicentes illi. Exi et
 vade hinc: quia herodes vult te occi-
 dere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi illi.
 Ecce erio demonia et sanitates perficio
 hodie et cras: et tertia die consumior.
 Veritatem oportet me hodie et cras et
 sequenti ambulare: quia non capio propheta-
 ram perire terra iherusalē. Iherusalē
 iherusalē que occidis prophetas et lapi-
 das eos qui mittunt ad te. Quoties
 volui congregare filios tuos quemad-
 modum avis nidum suum sub petris: et
 noluisti. Ecce relinquetur vobis do-
 mus vestra deserta. Dico autem vobis: quia
 non videbitis me donec veniat cum dixerit:
 benedictus qui venit in nomine domini.

Et factum est cum introisset ihesus in
 domum cuiusdam principis pha-
 riseorum sabbato manducare panem: et
 ipsi obsecrabant eum. Et ecce quidam ydro-
 picus erat ante illum. Et respondens ihesus:
 dixit ad legisperitos et phariseos
 dicens. Si licet sabbato curare? At il-
 li tacuerunt. Ipse vero apprehensum sana-
 vit eum: ac dimisit. Et respondens ad
 illos dixit. Cuius vestrum asinus aut
 bos in puteum cadet: et non continuo
 extrahet illum die sabbati? Et non pote-
 rant ad hec respondere illi. Dicebat
 autem et ad invitatos parabolam. inten-
 dens quomodo primos accubitus elige-
 rent: dicens ad illos. Cum invitatus
 fueris ad nuptias. non discumbas in
 primo loco. ne forte honoratiores te sit
 invitatus ab illo: et veniens is qui te
 et illum vocavit. dicat tibi da huic locum:

et tunc incipias cum rubore novissi-
 mum locum tenere. Sed cum vocatus
 fueris vade recumbe in novissimo lo-
 co: ut cum venerit qui te invitavit dicat
 tibi. Amice ascende super me. Tunc erit
 tibi gloria coram simul discumbentibus:
 quia omnis qui se exaltat humiliabitur:
 et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat
 autem et ei qui se invitaverat. Cum facis
 prandium aut cenam. noli vocare amicos
 tuos. neque fratres tuos neque cognatos.
 neque vicinos divites: ne forte et ipsi te
 reinvitent: et fiat tibi retributio. Sed
 cum facis convivium voca pauperes debi-
 les claudos et cecos et beatus eris: quia
 non habent retribuere tibi. Retribuet
 autem tibi in resurrectione iustus. Hec cum
 audisset quidam de simul discumbentibus
 dixit illi. Beatus qui manducabit pa-
 nem in regno dei. At ipse dixit ei. Homo
 quidam fecit cenam magnam: et voca-
 vit multos. Et misit servum suum hora
 tene dicere invitatis ut venirent: quia
 iam parata sunt omnia. Et ceperunt
 simul omnes excusare. Primus dixit
 ei. Villam enim: et necesse habeo egire et
 videre illam. Rogo te: habe me excusatum.
 Et alter dixit. Iuga bovum enim quatuor: et
 ego pascere illa. Rogo te: habe me excu-
 satum. Et alius dixit. uxorem duxi: et i-
 deo non possum venire. Et reuersus
 servus nuntiavit hec domino suo. Tunc
 iratus paterfamilias dixit servo suo.
 Exi cito in plateas et vicus civitatis: et
 pauperes ac debiles et cecos et claudos
 introduce huc. Et ait servus. Domine:
 factum est ut imperasti. et adhuc locus
 est. Et ait dominus servo. Exi in vias et se-
 pes et compelle intrare: ut impleatur do-
 mus mea. Dico autem vobis: quod nemo
 vicorum illorum qui vocati sunt gustabit
 cenam meam. Ibant autem turbe multe

rum eo: et conuersus dixit ad illos. Si quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores. adhuc autem et animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam et uenit post me: non potest me esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrim edificare non prius sedes computat sumptus qui necessarii sunt. si habeat ad perficiendum: ne postea quam posuerit fundamentum. et non potuerit perficere. omnes qui uident incipient illudere ei dicentes. quia hic homo cepit edificare et non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem: non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei. qui cum uiginti milibus uenit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente: legationem mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal quoque euauerit: in quo condierit. Neque in terram neque in sterquilinum uale est: sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

Erant autem appropinquantes ei publicani et peccatores: ut audirent illum. Et murmurabant pharisei et scribe dicentes: quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Quis ad illos parabolam istam dicens. Et ait ex uobis homo qui habet centum oues: et si perdidit unam ex illis. nonne dimittit nonaginta nouem in deserto et uadit ad illam que perierat donec inueniat eam. Et cum inuenit eam. imponit in humeros suos gaudens: et ueniens domum conuocat amicos et uicinos dicens illis. Congratulamini michi: quia inueni

que meam que perierat. Dico uobis: ita et gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente: quam supra nonaginta tanquam iustis qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decem: si perdidit dragmam unam. nonne accendit lucernam et uertit domum et querit diligenter. donec inueniat eam. Et cum inuenit: conuocat amicos et uicinas dicens. Congratulamini michi: quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico uobis: gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios: et dixit ad adolescentior ex illis patri. Pater: da michi portionem substantie que me contigit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies. congregatis omnibus adolescentior filio peregre profectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset: factus est famens ualida in regione illa: et ipse cepit egerere. Et abiit et adhesit uni ciuium regionis illius: et misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentre suum de siliquis quas porci manducabant: et nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereor. Surgam et ibo ad patrem meum: et dicam ei pater: peccaui in celum et coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset. uidit illum pater ipsius: et misericordia motus est: et accurrens cecidit super collum eius: et osculatus est eum. Dixitque ei filius. Pater: peccaui in celum et coram te: iam non sum dignus uocari filius

tuis. Dixit autē pater ad seruos suos. Eito p̄ferte stolam primā. et induite illū: et date anulū in manū eius: et calciamēta in pedes eius. Et adducite vitulū saginatū ⁊ occidite. ⁊ mādu-remus et epulemur: quia hic fili⁹ me⁹ mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus est. Et ceperūt epulari. Erat autē filius ei⁹ senior in agro. Et cū ueniret ⁊ appropinquaret domui. audiuit symphoniā et chorum: et uocauit unum de seruis: et interrogauit quid hec essent. Ille dixit illi. Frater tuus uenit: et occidit pater tuus vitulum saginatū: quia saluū illū recepit. In- dignatus est autē: et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit roga- re illū. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruis tibi: ⁊ nun- quā mandatū tuū p̄terui: et nunquā dedi- sti michi hedum ut cum amicis me- is epularer. Sed postquā fili⁹ tuus hic qui deus grauit substantiā suā cū meret- ribus uenit: occidisti illi vitulū sagi- natū. At ipse dixit illi. Fili tu semp me- cum es: et omnia mea tua sunt. Epu- lari autē et gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est.

Dicebat autē et ad discipulos suos. Homo quidā erat diues q̄ ha- bebatur uillicū: et hic diffamatus est apud illū: quasi dissipasset bona ip̄ius. Et uocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē uillicatio- nis tue. Nam enim non poteris uilli- care. Ait autē uillicus intra se. Quid faciā: quia domin⁹ meus auferet a me uillicationē? Sforere non ualeo: men- dicare erubescō. Scio quid faciā: ut cum amicus fuero a uillicatione: re- cipiānt me ī domos suas. Conuocatis

itaq; singulis debitoribus dñi sui: dice- bat primo. Quantū debes dño meo? At ille dixit. Lenteū cados olei. Dixit q; illi. Accipe rationē tuā: et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio di- xit. Tu uero quantum debes? Qui ait. Lenteū choros tritici. Ait illi. Accipe lras tuas: ⁊ scribe octoginta. Et lau- dauit domin⁹ uillicum iniquitatis q̄a prudenter fecisset: quia filij hui⁹ seculi prudentiores filijs lucis in generatō- ne sua sunt. Et ego uobis dico. Faci- te uobis amicos de māmona iniqui- tatis: ut cum defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo et in maiori fidelis est: et qui in modico iniquus est. et in ma- iori iniquus ē. Si ergo in iniquo mā- mona fideles non fuistis: qd uerū est quis credet uobis? Et si in alieno fide- les nō fuistis: qd uerū ē quis dabit uo- bis? Nemo seruis potest duobus do- minis seruire. Aut enim unū odiet: ⁊ alterū diliget: aut unū adheret: ⁊ alte- rum contemnet. Non potestis deo ser- uire ⁊ māmona. Audiebāt autē omnia hec pharisei qui erant auari: et deride- bant illū. Et ait illis. Vos estis q̄ iu- stificastis uos corā hominibus: deus autē nouit corda uestra. Quia qd ho- minibus altum est: abominatio est ante deū. Ite et prophete usq; ad io- hannē: ex eo regnū dei euangelizat: et omnis in illud uim facit. Facilius est autē celū et terrā p̄terire: q̄ de lege u- num apicem cadere. Omnis q̄ dimittit uxorem suā. et alterā ducit mechatur: et qui dimissam a uiro ducit mechatur. Homo quidam erat diues qui indue- batur purpura ⁊ bisso: ⁊ epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendic⁹ nomine lazarus: qui iacebat

ad ianuam eius ulceribus plenus. cupiens saturari de melle que cadebat de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant: et lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur medicus: et portaretur ab angelis in sinu abrahe. Mortuus est autem et diuites: et sepultus est in inferno. Fleuans autem oculos suos cum esset in tormentis: vidit abraham a longe. et lazarus in sinu eius: et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei: et mitte lazarus ut intingat extremum digiti sui in aqua. ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham. Filii recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in hijs omnibus inter nos et vos talia magna firmata sunt: ut hijs qui volunt hinc transire ad vos non possunt: neque inde huc transire. Et ait. Rogo ergo te pater: ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quatuor fratres: ut restetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abraham. Habent moysen et prophetas: audiatur illos. At ille dixit. Non pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt: neque si quis ex mortuis resurrexerit credant.

Quod ad discipulos suos ait. Impossibile est ut non veniant scandala. Ve autem illi propter que veniunt. Nilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius. et picciatur in mare: quam ut scandalizet unum de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus. increpa illum: et si penitentiam egerit dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te: et septies in die conuersus

fuerit ad te dicens. peccet me: dimitte illi. Et dixerunt apostoli domino. Adauge nobis fide. Dixit autem dominus. Si habueritis fidem sicut granum sinapis: diceretis huic arbori moro eradicare et transplantare in mare: et obediret vobis. Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem boues qui regressus de agro dicat illi statim transi recube: et non dicat. para quod cenam et porcinge te et ministra michi donec manducem et bibam. et post haec tu manducabis et bibes? Numquid gratiam habet seruo illi: quia fecit que ei imperauerat? Non puto. Sic et vos cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite. serui inutiles sumus. Quod debuimus facere fecimus. Et factum est dum iret in iherusalem: transibat per mediam samariam et galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerunt vocem dicentes. ihesu preceptor: miserere nostri. Quos ut vidit dixit. Ite: ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent: mundati sunt. Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans deum. Et recidit in faciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem ihesus dixit. Nonne decem mundati sunt? Et noue ubi sunt? Non est inuentus qui rediret. et daret gloriam deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: quia fides tua te saluum fecit. Interrogatus autem a phariseis quando venit regnum dei: respondens eis dixit. Non veniet regnum dei cum obseruatione: neque dicent ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venit dies quando desideretis videre unum diem filij hominis:

et nō videbitis. Et dicent vobis. Ecce
hic et ecce illic. Nolite ire: neq; sedenū-
ni. Nam sicut fulgur choruscans de
sub celo ī ea que sub celo sunt fulget:
ita erit filius hoīs in die sua. Prīmū
aut oportet illū misera pati: & reproba-
ri a generatione hac. Et sicut factū est
in diebus noe: ita erit et in diebus filij ho-
minis. Edebāt et bibebāt uxores du-
rebāt: & dabant ad nuptias. usq; in
diem qua intrauit noe in archam: et
venit diluviū & p̄didit omnes. Simi-
liter sicut factū est ī diebus loth. Edebāt
et bibebant & vendebāt plantabāt et
edificabāt: qua die aut egiit loth a zo-
domis. pluit ignem & sulphur de celo:
et omnes p̄didit. Scdm̄ hęc erit qua di-
e filij hōis revelabit. In illa hora q̄ fue-
rit in tecto. et vasa eius in domo ne de-
scendet tollere illa: et qui in agro: simi-
liter non redeat retro. Memores esto-
te uxoris loth. Quicumq; questerit ani-
mam suā saluā facere p̄det illam. Et
quicumq; p̄viderit illā: vivificabit eam.
Dico vobis: in illa nocte erūt duo in
lecto uno: unus assumetur et alter re-
linquetur. Due erūt molescentes ī unū:
una assumet & altera relinquet. Duo
in agro: unus assumetur: & alter relin-
quet. Respōdētes dicūt illi. Vbi dñe?
Qui dixit illis. Vbiūq; fuerit corp⁹ il-
lus cōgregabūtur & aquile.

Dicebat aut & parabolā ad illos:
quoniā oportet semp̄ orare et
nō deficere: dicentis. Iudee quidā erat
in quadā civitate: qui deū nō timebat
et hominē nō reverebat. Vidua autē
quedā erat in civitate illa: et veniebat
ad eū dicens. Vindica me de adver-
sario meo. Et nolebat per multū temp⁹.
Post hęc aut dixit intra se. Et si deū
nō timeo nec hominē revereor: tamē

quia molesta est michi hęc vidua vin-
dicabo illā: ne in novissimo veniens
suggillet me. Ait aut dñs. Audite
quid iudee iniquitatis dicit. De⁹ autē
nō faciet vindictā electorū suorū clamā-
tū ad se die ac nocte: et pacienciā habe-
bit in illis. Dico vobis: quia cito faci-
et vindictā illorū. Verūtamē fili⁹ ho-
minis veniens: putas inveniet fidem
in terra? Dixit aut & ad quosdā qui ī
se confidebāt tanq; iusti & aspnaban-
tur ceteros parabolā istā. Duo hoīes
ascendebāt in templū ut orarent: un⁹
phariseus & alter publican⁹. Pharise-
us stans. hęc apud se orabat. Deus
gratias ago tibi: quia non sum sicut
ceteri hominū. raptores. iniusti. adul-
teri: velut etiā hęc publican⁹. Ieiunio
bis in sabbato: decimas deo omniū q̄
possideo. Et publican⁹ a longe stans
noletat nec oculos ad celū leuare: sed
p̄cutiebat pectus suū dicens. De⁹ p̄ci-
us esto michi peccatori. Dico vobis:
descendit hic iustificatus in domum
suā ab illo: quia omnis qui se exaltat
humiliabitur: et qui se humiliat exal-
tabit. Afferebant aut ad illū & infan-
tes: ut eos tangeret. Quod cū viderēt
discipuli increpabant illos. Ihesus autē
cōvocās illos dixit. Sinite pueros ve-
nire ad me: et nolite vetare eos. Taliū
est enim regnū dei. Amen dico vobis:
quicumq; nō accepit regnum dei sicut
puer. non intrabit in illud. Et interro-
gavit eum quidam princeps dicens.
Magister bone: quid faciens vitā eter-
nam possidebo? Dixit aut ei ihesus.
Quid me dicis bonū? Nemo bon⁹ nisi
solus deus. Mandata nosti. Nō occi-
des: non mechaberis. nō furtū facies.
nō falsum testimoniū dices: honora
patrē tuū et matrem. Qui ait. Hęc omnia

custodiui a iuuetute mea. Quo audi-
to ihesus: ait ei. Adhuc unū tibi deest.
Omnia quecumq; habes vende et da
pauperibus: et habebis thesaurū in celo:
et veni sequere me. Hīs ille auditis
contristat⁹ est: quia diues erat valde.
Vidēs autē ihesus illū tristē factū dixit.
Quā difficile qui pecunias habent in
regnū dei intrabūt. Facilius est enim
camelū p foramen acus transire: q̄ di-
uitem intrare in regnū dei. Et dixerūt
qui audiebāt. Et quis potest saluus
fieri? Ait illis. Que impossibilia sunt
apud homines: possibilia sunt apud
deū. Ait autē petrus. Ecce nos dimisi-
mus omnia: et secuti sum⁹ te. Qui di-
xit eis. Amen dico vobis: nemo est q̄
reliquit domū aut parentes aut fra-
tres aut uxorem aut filios ppter regnū
dei et non recipiat multo plura ī hoc
tempore: et in seculo venturo vitā eter-
nam. Assūpsit autē ihesus duodecim:
et ait illis. Ecce ascendimus iherosoli-
mam: et cōsumabunt omnia q̄ scripta
sunt per prophetas de filio hominis.
Tradet enim gentibus: et illuderet: et flagel-
labit. et cōspuetur: et postq̄ flagella-
uerint occident eū: et die tertia resur-
get. Et ipi nichil horū intellexerunt. Et
erat verbū istud absconditū ab eis: et
nō intelligebāt que dicebantur. Fadū
est autē cū appropinquaret ihericho:
cecus quidā sedebat secus viā mendic-
ans. Et cū audiret turbā ptereūtem:
interrogabat quid hoc esset. Dixerūt
autē ei: q̄ ihesus nazaren⁹ trāsiret. Et
clamauit dicens. Ihesu fili dauid: mi-
serere mei. Et qui p̄ibant increpabant
eū ut taceret. Ip̄e vero inuoluit magis cla-
mabat: fili dauid miserere mei. Scās
autē ihesus: iussit illū adduci ad se. Et
cum appropinquasset: interrogauit

illū dicens. Quid tibi vis faciam? At
ille dixit. Dñe ut videā. Et ihesus di-
xit ei. Respice. Fides tua te saluū fecit.
Et confestim vidit: et sequebatur il-
lum magnificās deū. Et omīs plebs
ut vidit dedit laudem deo.

Et ingressus p̄rabulabat ihericho.
Et ecce vir noīe zachæus: et hic
princeps erat publicanorū: et ip̄e diues.
Et querebat videre ihesum quis esset:
et non poterat pre turba: quia statu-
ra pusillus erat. Et p̄currens ascendit
in arborem sicomorū ut videret eū: q̄
inde erat trāsitur⁹. Et cū venisset ad lo-
cum: suspiciēs ihesus vidit illū: et dixit
ad eū. Zachæe festinās descende: quia
hodie in domo tua oportet me mane-
re. Et festinās descendit: et excepit illū
gaudēs. Et cū viderent omīs murmu-
rabāt dicentes: q̄ ad hominē peccato-
rem diuertisset. Stans autē zachæus
dixit ad ihesum. Ecce dimidiū bonorū
meorū dñe do pauperibus: et si q̄d aliquē
defraudauī reddo quadruplum. Ait
ihesus ad eum. Quia hodie salus do-
mū huic facta est: eo q̄ ip̄e filius sit
abrahæ. Venit enim fili⁹ hoīs querere et
saluū facere q̄d perierat. Hec illis audi-
entibus adiciēs dixit parabolā: eo q̄
esset p̄ iherusalē: et quia cōstitimarent
q̄ cōfestim regnū dei manifestaretur.
Dixit ergo. Homo quidā nobilis ab-
iit in regionē longinquā accipere sibi
regnū: et reuertī. Vocatis autē decem ser-
uis suis. Dedit eis decem minas: et ait
ad illos. Negociamini dū venio. Li-
ues autē ei⁹ oderāt eū: et miserūt legati-
onem post illum dicentes. Nolumus
hunc regnare sup nos. Et factū est ut
rediret accepto regno: et iussit vocari
seruos quibus dedit pecuniā: ut sciret
quātū quisq; negociatus esset. Venit

autē prim⁹ dicens. Dñe: mna tua decē
 mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bo-
 ne serue: quia in modico fuisti fidelis:
 tuis potestatem habens supra decem
 ciuitates. Et alter venit dicens. Dñe:
 mna tua fecit quinq; mnas. Et huic a-
 it. Et tu esto sup quinq; ciuitates. Et al-
 ter venit dicens. Dñe ecce mna tua:
 quā habui repositā i sudario. Timui
 enim te quia homo austeris es: tollis
 quod nō posuisti. et metis qd non se-
 minasti. Dixit ei. De ore tuo te iudico
 serue nequā. Sciebas qd ego homo
 austeris sum tollens qd non posui: et
 metens qd nō seminavi. Et quare nō
 dedisti pecuniā meā ad mensam: et e-
 go veniēs cum usuris utiq; egegissem
 illud. Et astantibus dixit. Auferte ab
 illo mnam: et date illi q̄ decē mnas ha-
 bet. Et dixerunt ei. Dñe: habet decem
 mnas. Dico autē vobis: q̄a omni ha-
 bēti dabit et abūdabit: ab eo autē q̄ nō
 habet: et qd habet. auferet ab eo. Verū-
 tamē inimicos meos illos qui nolue-
 runt me regnare sup se adducite huc:
 et interficite ante me. Et hijs dictis pre-
 cedebat ascendens iherosolimā. Et fa-
 ctum est cū appropinquasset ad beth-
 phage et bethaniā. ad mōtem qui
 vocat oliueti: misit duos discipulos
 suos dicēs. Ite i castellū qd cōtra vos
 est. In qd introeūtes. inuenietis pullū
 asine alligatū: cui neus vnq; hoīm
 sedit. Soluite illum: et adducite. Et si
 quis vos interrogauerit quare solui-
 tis: sic dicetis ei. Quia dñs opetā eius
 desiderat. Abierūt autē qui missi erāt:
 et inuenerunt sicut dixit illis stantem
 pullū. Soluentibus autē illis pullū: di-
 xerūt dñi eius ad illos. Quid soluitis
 pullū? At illi dixerūt. Quia domin⁹
 eum necessariū habet. Et duxerūt illū

ad ihesum. Et iactātes vestimēta sua
 supra pullū: imposuerūt ihesum. Eūte
 autē illo substernebāt vestimēta sua i
 via. Et cū appropinquaret iā ad descen-
 sum mōtis oliueti: ceperūt omēs tur-
 be descendentiū gaudentes laudare
 deū voce magna sup omnibus quas
 viderāt virtutibus dicentes. Benedict⁹
 qui venit rex in noīe dñi: pax in celo et
 gloria i excelsis. Et quidā phariseorū
 de turbis dixerunt ad illū. Magister
 increpa discipulos tuos. Quibus ipse
 ait. Dico vobis: quia si hij tacuerint
 lapides clamabunt. Et ut appropin-
 quauit: videns ciuitatē fleuit sup illā
 dicens. Quia si cognouisses et tu. Et
 quidē i hac die tua q̄ ad pacē tibi: nūc
 autē abscondita sūt ab oculis tuis. Quia
 venient dies in te: et circundabūt te in-
 imici tui vallo: et circundabūt te. et co-
 angustabūt te undiq;: et ad terrā pro-
 sternēt te. et filios tuos qui in te sunt.
 Et nō relinquent in te lapidē sup lapi-
 dem: eo qd nō cognoueris tempus visi-
 tationis tue. Et ingressus in templum
 cepit eicere vendētes et ementes: dicens
 illis. Scriptū est: quia dom⁹ mea do-
 mus orationis est. Vos autē fecistis il-
 lam speluncā latronū. Et erat docens
 quotidie in templo. Principes autē sa-
 cerdotum et scribe et principes plebis
 querēbāt illū p̄dere: et nō inueniebāt
 quid facerent illi. Quis em̄ ip̄sus sus-
 pensus erat audiens illum.

Et factum est in vna dierū docen-
 te illo ip̄sum in templo et euange-
 lizante: conuenerūt principes sacerdotū
 et scribe cū senioribus: et aiunt dicentes
 ad illū. Dic nobis i qua potestate hec
 facis. Aut quis est qui dedit tibi hāc
 potestatem? Respondens autē ihesus di-
 xit ad illos. Interrogabo vos et ego

unū verbū. Respondere michi. Sapientium iohannis de celo erat: an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes. Quia si dixerim⁹ de celo dicit. Quare ergo nō credidistis illi? Si autem dixerim⁹ ex hominibus: plebs uniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim iohānem prophetā esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et ihesus ait illis. Neque ego dico vobis: in qua potestate hec facio. Cepit autē dicere ad plebem parabolā hāc. Homo plantauit vineā et locauit eam colonis: et ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore misit ad cultores seruū: ut de fructu vinee daretur illi. Qui celum dimiserūt eum inanē. Et addidit alterū seruū mittere. Illi autē hunc quoque redentes. et afficientes cōtumelia: dimiserūt inanem. Et addidit terciū mittere: qui et illū vulnerātes eiecerūt. Dixit autē dñs vinee. Quid faciās? Mittā filium meū dilectū: forsitan cū hunc viderint verberentur. Quem cum vidissent coloni: cogitauerunt intra se dicentes. Hic est heres. Occidam⁹ illū: ut nra fiat hereditas. Et eiedū illū extra vineā occiderunt. Quid ergo faciet illis dñs vinee? Veniet et p̄det colonos istos: et dabit vineā alijs. Quos audito dixerūt illi. Absit. Ille autē aspiciens eos ait. Quid ē ergo hoc quod scriptū ē. lapidem quē reprobauerūt edificātes hic fact⁹ ē in caput āguli? Omnis quī ceciderit supra illū lapidē cōquassabit: supra quē autem ceciderit. cōminuet illū. Et querebāt principes sacerdotū et scribe mittere in illū man⁹ illa hora: et rimuerūt p̄sim. Cōgnouerūt enim quod ad ip̄os dixerit similitudinē hanc. Et obseruātes miserunt insidiatores quī se iustos simularent. ut caperēt eū in sermone: ut traderēt

illū principatui et potestati p̄sidis. Et interrogauerūt eū dicentes. Magister scim⁹ quia recte dicis et doces: et non accipis p̄sonam: sed viā da in veritate doces. Licet nobis dare tributū cesari an nō? Considerans autē dolū illorū dixit ad eos. Quid me temptatis? Obedite michi denariū. Cui⁹ habet ymaginem et inscriptionē? Respondentes dixerunt. Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo quod sunt cesaris cesari: et quod sunt dei deo. Et non potuerūt verbū ei⁹ reprehendere corā plebe: et mirari in responsō eius tacuerūt. Accesserunt autē quidā saducei: qui negant esse resurrectionē: et interrogauerūt eū dicentes. Magister moyses scripsit nobis: si frater alicui⁹ mortuus fuerit habens uxorem. et hic sine liberis fuerit ut accipiat eā frater eius uxorem. et suscitet semē fratri suo. Septem ergo fratres erant: et primus accepit uxorem et mortu⁹ est sine filijs. Et sequens accepit illā: et ip̄e mortuus est sine filio. Et tercius accepit illā: similiter et omnes septem et non reliquerunt semē: et mortui sunt. Quisquam omnium mortuus est et mulier. In resurrectione ergo cui⁹ eorū erit uxor? Siquidem septem habuerūt eam uxore. Et ait illis ihesus. Filij hui⁹ seculi nubūt. et tradūtur ad nuptias: illi vero qui digni habebunt seculo illo. et resurrectione ex mortuis neque nubēt neque ducēt uxores: neque ultra mori poterūt. Equales enim angelis sunt: et filij sunt dei: cū sint filij resurrectionis. Quia vero resurgant mortui. et moyses ostendit scē rubū: sicut dicit dñm deū abrahā et deū isaac. et deū iacob. Deus autem non est mortuorū sed viuorū. Omnes enim viuunt ei. Respondētes autē quidā scribarū dixerūt ei. Magister bene dixisti.

Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt cristum filium david esse: et ipse david dicitur in libro psalmodum. Dixit dominus dominus meus sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. David ergo dominum illum vocat: et quomodo filius eius est? Audiente autem omni populo dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis. et amant salutationes in foro: et primas cathedras in synagogis: et primos discubitus in conviviis. Qui deorant domos viduarum: simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophilacium divites. Vidit autem et quadam viduam pauperculam mittentem tra minuta duo. Et dixit. Vere dico vobis: quia vidua hec pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera dei: hec autem ex eo quod deest illi omnem victum suum quem habuit misit. Et quibusdam dicentibus de templo quod bonis lapidibus et donis ornatum esset. Dixit. Nec que videtis: veniet dies in quibus non relinquet lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogaverunt autem illum dicentes. Preceptor quando hec erunt: et quod signum cum fieri incipient? Qui dixit. Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum: et tempus appropinquavit. Nolite ire post eos cum autem audieritis prelia et seditiones: nolite terreti. Non oportet primum hec fieri: sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surge gens contra gentem et regnum adversus regnum: et terre visus magni erunt pro loca: et pestilentie et fames: terroresque de

celo: et signa magna erunt. Sed ante hec omnia iniciet vobis manus suas: et persequentem tradentes in synagogas et custodias: trahentes ad reges et principes propter nomen meum. Contiget autem vobis in testimoniis. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis: et morte afficient eum vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cum autem videritis circumdari ab exercitu iherusalim: tunc scitate quia appropinquavit desolatio eius. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes: et qui in medio eius discedant: et qui in regionibus non intrent in eas: quia dies ultionis hi sunt ut impleantur omnia que scripta sunt. Ne autem pregnantibus et nutribus in illis diebus. Erunt etiam pressura magna super terram: et ira populo huic. Et cadent in ore gladii: et captivi ducantur in omnes gentes. Et iherusalim calcabitur a gentibus: donec impleantur tempora nationum. Et erunt signa in sole et luna et stellis: et in terris pressura gentium per confusione sonitus maris et fluctuum: arescentibus hominibus per timore et expectatione que superveniet universo orbi. Nam virtutes celorum movebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate. Hiis autem fieri incipientibus: respicite et levate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneas et omnes arbores: cum

111
produciunt iam et se fructu scitis quoniam prope est etas. Ita et vos cum videritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite: et superveniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superveniet in omnes: qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate ergo omni tempore orantes: ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt: et stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero egrediens morabatur in monte qui vocatur Oliveti. Et omnis populus manebat ad eum in templo audire eum.

Appropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha. Et querebant principes sacerdotum et scribe quomodo eum interficerent: timebant vero plebem. Intrauit autem sathanas in iudam qui cognominabatur scarioth: unum de duodecim: et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gavisus sunt: et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spondidit. Et querebat oportunitatem: ut traderet illum sine turbis. Venit autem dies azimorum: in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum et iohannem dicens. Euntis parate nobis pascha: ut manducemus. Illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo amphoram aque portans: sequimini eum in domum in qua intrat: et dicetis pacem familias domus. Dicit tibi magister.

Vbi est diversorium ubi pascha cum discipulis meis manducemus? Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum: et ibi parate. Euntibus autem invenerunt sicut dixit illis: et paraverunt pascha. Et cum facta esset hora discubuit: et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desideravi hoc pascha manducare vobiscum: antequam patiar. Dico enim vobis: quia et hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit et dixit. Accipite et dividite inter vos. Dico enim vobis: non bibam de generatione vitis donec regnum dei veniat. Et accepto pane gratias egit et fregit: et dedit eis dicens. Hoc est corpus meum: quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem: postquam cenavit dicens. Hic est calix novi testamenti in sanguine meo: qui pro vobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est vadit. Verumtamen ve homini pro quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se: quis esset et eis quod hoc facturus esset. Facta est autem et contentio inter eos: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos beneficii vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis fiat sicut minor: et qui prior est sicut ministrator. Nam quis maior est? Qui recumbit: an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meum regnum: ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo: et sedeat is super thronos

duodecim iudicantes duodecim tribus
israhel. Ait autē dñs simoni. Simon:
ecce sathanas reperit vos. ut cribra-
ret sicut triticū. Ego autē rogavi p te:
ut nō deficiat fides tua. Et tu aliquā-
do conuersus: confirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Domine: tecū parat⁹ sū
et in carcerem ⁊ in mortem ire. Et ille
dixit. Dico tibi petre: non cātabit ho-
die gallus. donec tec aburges nosse
me. Et dixit eis. Quādo nisi vos sine
sacculo et pera et calciamentis: nunquā
aliquid defuit vobis? At illi dixerūt.
Nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc q̄ ha-
bet sacculū tollat: similiter ⁊ pera. Et
qui non habet: vendat tunicam suā ⁊
emat gladiū. Dico enim vobis: quo-
niam adhuc hoc qd scriptū ē oportet
impleri in me: et q̄ cum iniquis depu-
tatus est. Etenim ea que sunt de me fi-
nem habent. At illi dixerūt. Dñe: ecce
duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis
est. Et egressus ibat secūdu cōsuetudi-
nem in montem oliuarū. Secuti sunt
illū ⁊ discipuli. Et cū puenisset ad locū:
dixit illis. Orate: ne intretis ī tempta-
tionē. Et ipse auulsus est ab eis quācū
iactus est lapidis: ⁊ positus genibus
orabat dicens. Pater: si vis transter
calicem istū a me. Verūtāme nō mea
voluntas: sed tua fiat. Apparuit autē
illi angelus de celo confortans eū. Et
factus in agonia prolix⁹ orabat. Et
factus est sudor ei⁹. sicut gutte sangui-
nis decurrentis ī terrā. Et cū surrexisset
ab oratione ⁊ venisset ad discipulos su-
os: inuenit eos dormientes p tristitia.
Et ait illis. Quid dormitis? Surgite
orate: ne intretis in temptationē. Ad-
huc eo loquēte: ecce turba. et q̄ vocaba-
tur iudas unus de duodecim antece-
debat eos: et appropinquauit ihesu. ut

oscularetur eum. Ihesus autē dixit illi.
Iuda. osculo filij hominis tradis?
Videntes autē hī qui circa ipm erant
qd futurū erat: dixerūt ei. Dñe: si puci-
mus in gladio? Et percussit vnus ex il-
lis secū principis sacerdotū: et ampu-
tauit auriculā ei⁹ dexterā. Respōdes
autē ihesus ait. Sinite. Usq; huc. Et
cum tetigisset auriculā ei⁹. sanauit eū.
Dixit autē ihesus ad eos qui venerāt
ad se principes sacerdotū ⁊ magistra-
tus templi ⁊ seniores. Quasi ad latro-
nem existis cū gladijs ⁊ fustibz. Cum
quotidie vobiscū fucim ī templo: nō
reprehendistis manus in me. Sed hec est
hora v̄ra: et potestas tenebrarū. Com-
prehēdētes autē eū. duxerūt ad domū
principis sacerdotū: petrus vero seque-
batur a longe. Accenso autē igne ī me-
dio atrij. et arcūsedentibz illis: erat pe-
trus in medio eorū. Quem cū vidisset
ancilla quedam sedentē ad lumen: et
cum fuisset intuita dixit. Et hic cū illo
erat. At ille negauit eum dicens. Mu-
lier: non noui illū. Et post pusillū ali-
us vidēs eū dixit. Et tu de illis es. Pe-
trus vero ait. Q homo nō sū. Et inter-
uallo facto quasi h̄re vni⁹: alius qui-
dam affirmabat dicens. Vere et hic
cum illo erat: nam et galileus est. Et
ait pet⁹. Homo: nescio quid dicas. Et
cōtinuo adhuc illo loquēte cantauit
gallus. Et cōuersus dñs respexit petrū.
Et recordat⁹ ē pet⁹ v̄bi dñm sicut dixe-
rat: q̄a priusq; gall⁹ cācet. tec me nega-
bis. Et egressus foras pet⁹ fleuit ama-
re. Et viri qui tenebāt illū. illudēbāt ei
redentes. Et velaucūt eū: ⁊ perciebāt
faciē ei⁹: et interrogauerūt eū dicentes.
Prophetiza. Quis est qui te percussit?
Et alia multa blasphemātes dicebāt
in eum. Et ut factus ē dies. cōuenerūt

seniores plebis et principes sacerdotum et scribe: et duxerunt illum in consilium suum dicentes. Si tu es christus. dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixerero non credetis michi: si autem et interrogauero non respondebitis michi: neque dimittetis. Et hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuiimus de ore eius.

Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad pilatum. Leperunt autem accusare illum dicentes. Nunc inuenimus subvertentem gentem nostram: et prohibentem tributa dari cesari: et dicentem se christum regem esse. Pilatus autem interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum? At ille respondens ait. Tu dicitis. Ait autem pilatus ad principes sacerdotum et turbas. Nichil inuenio cause in hoc homine. At illi inualecebant dicentes. Comouit ipsum docens per uniuersam iudeam: incipiens a galilea usque huc. Pilatus autem audiens galileam: interrogauit si homo galileus esset. Et ut cognouit quod de herodis potestate esset remisit eum ad herodem: qui et ipse iherosolimis erat illis diebus. Herodes autem viso ihesu: gauisus est valde. Erat enim cupiens eum multo tempore videre eum eo quod audiret multa de eo: et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus: at ipse nichil illi respondebat. Habebat autem principes sacerdotum et scribe constanter accusantes eum. Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo: et illudit induitum veste alba: et remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant

ad inuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum et magistratibus et plebe: dixit ad illos. Oblistis michi hunc hominem. quasi auertentem populum: et ecce ego coram vobis interrogans. nullam causam inuenio in homine isto: et hijs in quibus eum accusatis. Sed neque herodes. Nam remisit vos ad illum: et ecce nichil dignum morte adu est ei. Quendam ergo illum dimittam. Melius autem habebat dimittere eis per diem festum unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba dicens. Tolle hunc: et dimitte nobis barraban. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate et homicidium missus in carcerem. Quibus autem pilatus locutus est ad eos: volens dimittere ihesum. At illi succlamabant dicentes. Crucifige: crucifige eum. Ille autem tercio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum et dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: et inualecebant voces eorum. Et pilatus ad iudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum. qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant: ihesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum duceret eum apprehenderunt simonem quendam cyrenensem venientem de villa: et imposuerunt illi crucem portare post ihesum. Sequebatur autem illum multa turba ipsi et mulierum: que plangebant et lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas ihesus dixit. Filie iherusalem nolite flere super me: sed super vosipsas flere. et super filios vestros. Quonia eccce venient dies in quibus dicent. Beate steriles. et ventres non genuerunt: et ubera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos: et collibus operite nos.

Quia si in viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? Ducebant autem et alij duo nequam cum eo: ut interficerent. Et postquam venerunt in locum qui vocatur calvarie: ibi crucifixerunt eum: et latrones: unum a dextris: et alter a sinistris. Ihesus autem dicebat. Pater dimitte illis. Non enim sciunt quid faciunt. Dividentes vero vestimenta eius miserunt sortes. Et stabat populus expectans: et decidebant eum principes cum eis dicentes. Alius saluos fecit: se saluum faciat. si hic est christus dei electus. Illudiebant autem ei et milites accedentes: et acetum offerentes ei dicentes. Si tu es rex iudeorum saluum te fac. Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris grecis et latinis et hebraicis: hic est rex iudeorum. Unus autem de hijs qui pendebat latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es christus: saluum fac teipsum et nos. Respondens autem alter increpabat eum dicens. Neque tu times deum: qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus. Hic vero nichil mali gessit. Et dicebat ad ihesum. Domine: memento mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi ihesus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta: et tenebre facte sunt in universam terram usque in horam nonam. Et obscuratus est sol: et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna ihesus ait. Pater: in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens expiravit. Videns autem centurio quod factum fuerat: glorificavit deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderat ad spectaculum istud: et videbant que fiebant: percussantes pectora sua reuercebantur. Stabant autem omnes noti

eius a longe: et mulieres que secute eum erant a galilea hec videntes. Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio: vir bonus et iustus: hic non consenserat consilio et actibus eorum: ab arimathia civitate iudee: qui expectabat et ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum et petiit corpus ihesu: et depositum involuit syndone: et posuit eum in monumento excavo: in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceues: et sabbatum illucescebat. Subsecute autem mulieres que cum eo venerant de galilea viderunt monumentum: et quemadmodum positum erat corpus eius: et reuertentes paraverunt aromata et unguenta: et sabbato quidam siluerunt secundum mandatum.

Quia autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes que paraverant aromata: et inveniunt lapidem reuolutum a monumento: et ingressae non inveniunt corpus domini ihesu. Et factum est dum incerte consternate essent de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem et declinarent vultum in terram: dixerunt ad illas. Quid queritis viventem cum mortuis? Non est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis: cum adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum: et crucifigi: et die tertia resurgere. Et recordate sunt verborum eius: et regressae a monumento nunciaverunt hec omnia illis undecim: et ceteris omnibus. Erat autem maria magdalene: et iohanna: et maria iacobi: et ceterae que cum eis erant: que dicebant ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista: et non crediderunt illis. Postquam autem surgisset rursum ad monumentum: et percumbens

vidit lintheamina sola posita: et abiit
secum mirans quod factum fuerat. Et ecce
duo ex illis ibant ipsa die in castellum
quod erat in spacio stadiorum sexaginta
ab iherusalē nomine Emmaus: et ipsi
loquebantur ad invicem de hijs omni-
bus que acciderant. Et factum est dum
fabularentur et secum querebant: et ipse
ihesus appropinquans ibat cum illis. Ocu-
li autem illorum tenebantur. ne eum agno-
scerent. Et ait ad illos. Qui sunt hijs ser-
mones quos conferitis ad invicem am-
bulantes: et estis tristes? Et respondens
unus cui nomen cleophas: dixit ei. Tu so-
lus peregrinus es iherusalē et non cognovisti
que facta sunt in illa hijs diebus?
Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De
iesu nazareno qui fuit vir propheta:
potens in opere et sermone. coram deo
et omni populo. Et quomodo eum tradiderunt
summi sacerdotes et principes nostri in
damnationem mortis: et crucifixerunt eum.
Nos autem sperabamus: quia ipse esset re-
dempturus israel. Et nunc super hec om-
nia tertia dies est hodie: quod hec facta
sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris
terruerunt nos. que ante lucem fuerunt
ad monumentum: et non inuento corpore
eius. venterunt dicentes se etiam visionem
angelorum vidisse: qui dicunt eum vivere.
Et abiierunt quidam ex nostris ad monu-
mentum: et ita inveniunt sicut mulieres
dixerunt: ipsum vero non inveniunt. Et
ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde
ad credendum in omnibus que locuti sunt
prophete. Nonne hec oportuit pati
christum: et ita intrare in gloriam suam? Et
incipiens a moysi et omnibus prophetis:
interpretabatur illis in omnibus scriptu-
ris que de ipso erant. Et appropinqua-
verunt castello quo ibant: et ipse se finxit
longius ire. Et coegerunt illum dicentes.

Mane nobiscum quoniam advespera-
vit: et inclinata est iam dies. Et intrauit
cum illis. Et factum est dum recumbere
cum eis accepit panem: et benedixit ac fecit:
et porrigebat illis. Et aperti sunt o-
culi eorum: et cognoverunt eum: et ipse evanuit
ex oculis eorum. Et dixerunt ad invicem.
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis. dum
loqueretur in via: et aperiret nobis scri-
pturas? Et surgentes eadem hora re-
gressi sunt in iherusalē: et inveniunt
congregatos undecim. et eos qui cum illis
erant dicentes quod surrexit dominus vere: et
apparuit simoni. Et ipsi narrabant que
gesta erant in via: et quomodo cognoverunt
eum in fractione panis. Dum autem
hec locuntur: stetit ihesus in medio eor-
um et dixit. Pax vobis. Ego sum: nolite
timere. Turbati vero et confusi. ex-
istimabant se spiritum videre. Et dixit
eis. Quid turbati estis: et cogitationes
ascendunt in corda vestra? Videte ma-
nus meas et pedes: quia ego ipse sum.
Palpate et videte: quia spiritus carne
et ossa non habet. sicut me videtis ha-
bere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis
manus et pedes. Adhuc autem illis
non credentibus et mirantibus pro gau-
dio. dixit. Habetis hic aliquid quod
manducetis? At illi obtulerunt ei partem
piscis assi: et favi mellis. Et cum mandu-
casset coram eis: sumens reliquias de-
dit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba
que locutus sum ad vos cum adhuc essem vo-
biscum: quoniam necesse est impleri omnia
que scripta sunt in lege moysi et pro-
phetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis
sensum. ut intelligeret scripturas: et di-
xit eis. Quoniam sic scriptum est. et sic oportet
christum pati et resurgere a mortuis
tertia die: et predicare in nomine eius peni-
tentiam et remissionem peccatorum in omnes

gentes: incipientibus ab iherosolima. Vos autem testes estis horum. Et ego mit-
tam primum pariter meum in vos: vos
autem sedete in ciuitate. quoad usque indu-
amini virtute eius alto. Eduxit autem eos
foras in bethaniam: et eleuatis mani-
bus suis benedixit eis. Et factum est dum
benediceret illis recessit ab eis: et teneba-
tur in celum. Et ipsi adorantes regres-
si sunt in iherusalem cum gaudio ma-
gno: et erant semper in templo lau-
dantes et benedicentes deum amen.

*Explicit euangelium secundum lucam incipit
prologus in euangelium secundum iohannem*

Hic est iohannes euange-
lista unus ex discipulis domini:
qui uirgo a deo electus est:
quem de nuptijs uolentem
nubere uocauit deus. Cui uirginitatis
in hoc duplex testimonium datur in eu-
angelio: quod et pre ceteris dilectus a deo
dicitur: et huic matrem suam de cruce com-
mendauit dominus. ut uirginem uirgo serua-
ret. Denique manifestans in euangelio
quod erat ipse incorruptibilis uerbi opus
inchoans. solus uerbum carne factum
esse. nec lumen a tenebris comprehensum
fuisse testatur: primum signum ponens quod
in nuptijs fecit dominus ostendens quod ipse
erat: ut legentibus demonstraret quod ubi
dominus inuitatus sit deficere nuptiarum ui-
num debeat: et veteribus immutatis.
noui omnia que a christo instituntur
appareant. Hoc autem euangelium scripsit in
asia. postea quod in parthos insula apo-
calypsim scripsit: ut cui in principio ca-
nonis incorruptibile principium prout
in genesi: ei etiam incorruptibilis finis
per uirginem in apocalypsi redderet dicere
christo ego sum alpha et omega. Et hic est io-
hannes: qui sciens superuivisse diem re-
cessus sui. Commocans discipulis suis

in epheso. per multa signorum experimen-
ta promens christum descendens in defossam
sepulchre sue locum facta oratione. po-
situs est ad patres suos: tam extraneus
a dolore mortis quam a corruptione car-
nis inuenitur alienus. Tamen post om-
nes euangelium scripsit: et hoc uirgini
debetur. Quorum tamen uel scriptorum tempo-
ris dispositio. uel librorum ordinatio itea
a nobis per singula non exponitur:
ut sciendi desiderio collato et querenti-
bus fructus laboris: et deo magiste-
rii doctrina seruetur. *Explicit prolo-
gus incipit euangelium secundum iohannem*

In principio erat uerbum: et uerbum erat
apud deum: et deus erat uerbum. Hoc erat
in principio apud deum. Omnia per ipsum
facta sunt: et sine ipso factum est nichil.
Quod factum est in ipso uita erat: et uita
erat lux hominum: et lux in tenebris lu-
cet. et tenebre eam non comprehendunt. Fu-
it homo missus a deo: cui nomen erat io-
hannes. Hic uenit in testimonium ut testi-
monium perhiberet de lumine: ut omnes
crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut
testimonium perhiberet de lumine. Erat
lux uera: que illuminat omnem homi-
nem uenientem in hunc mundum. In mun-
do erat: et mundus per ipsum factus est: et
mundus eum non cognouit. In propria uenit:
et sui eum non receperunt. Quotique autem
repperunt eum. Dedit eis potestatem filios
dei fieri: hijs qui credunt in nomine eius.
Qui non ex sanguinibus neque ex uolun-
tate carnis. neque ex uoluntate uiri: sed
ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum
est: et habitauit in nobis. Et uidimus
gloriam eius. gloriam quasi unigeniti a
patre: plenum gratie et ueritatis. Iohan-
nes testimonium perhibet de ipso. et cla-
mat dicens. Hic erat quem dixi: quod post
me uenturus est. ante me factus est:

quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus et gratiam pro gratia: quia lex per moysen data est: gratia et veritas per ihesum cristum facta est. Deum nemo vidit vnquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. Et hoc est testimonium iohannis: quando miserunt iudei ab iherosolimis sacerdotes et leuitas ad eum ut interrogarent eum. Tu qui es? Et confessus est: et non negauit. Et confessus est: quia non sum ego cristus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es ut responsum demus hijs qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto dirigite viam domini: sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant erant et phariseis. Et interrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es cristus? neque elias neque propheta? Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestri stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut soluant eius corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: ubi erat iohannes baptizans. Altera die vidit iohannes ihesum venientem ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est quia prior me erat: et ego nesciebam eum. Sed ut manifestetur in israel: propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit iohannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo: et mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Super quem

videris spiritum descendentem. et manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Altera die iterum stabat iohannes: et ex discipulis eius duo. Et respiciens ihesum ambulante dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: et secuti sunt ihesum. Conuersus autem ihesus. et videns eos sequentes se. dicit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi quod dicitur interpretatum magister: ubi habitas? Dicit eis. Venite et videte. Venierunt et viderunt ubi maneret: et apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem andreas frater simonis petri. unus ex duobus qui audierat a iohanne: et secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum simonem: et dicit ei. Inuenimus messiam: quod est interpretatum cristus. Et adduxit eum ad ihesum. Inquit autem eum ihesus dicit. Tu es simon filius iohanna: tu vocaberis cephas: quod interpretatur petrus. In crastinum voluit egredere in galileam: et inuenit philippum. Et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida civitate adree et petri. Inuenit philippus nathanahel: et dicit ei. Quem scripsit moyses in lege et propheta: inuenimus ihesum filium ioseph a nazareth. Et dicit ei nathanahel. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit ihesus nathanahel venientem ad se: et dicit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanahel. Unde me nosti? Respondit ihesus et dicit ei. Primum te philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te. Respondit ei nathanahel et ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israel. Respondit ihesus: et dicit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu

credis: manus hñs videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis: videbitis celum apertū: et angelos dei ascendentes et descendentes supra filiū hñs.

Et die tertia nuptie facte sūt ī chana galilee: et erat mater ihesu ibi. Vocatus est autē et ihesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater ihesu ad eum. Vinū nō habere. Et dicit ei ihesus. Quid michi et tibi est mulier? Non dum venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Quodcumq; dixerit vobis facite. Erant autē ibi lapidee ydrie sex posite scdm purificationem iudeorū: capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et impleuerūt eas usq; ad summū. Et dicit eis ihesus. Haurite nūc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autē gustavit architriclinus aquā vinū factā et non sciebat unde esset: ministri autē sciebāt qui haurierant aquā: vocat spōsum architriclin⁹ et dicit ei. Omnis homo prīmū bonū vinū ponit: et cum intebriati fuerint tunc id qd deterius est: tu autē seruasti bonū vinū usq; adhuc. Hoc fecit iniciū signorū ihesus in chana galilee: et manifestavit gloriam suā: et crediderūt in eum discipuli eius. Post hoc descendit capharnaū ipse et mater eius. et fratres eius. et discipuli eius. et ibi manserūt nō multis diebus. Et ppe erat pascha iudeorū: et ascendit ihesus iherosolimā: et inuenit in templo vendentes boues et oves et columbas. et nūmularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo: oves quoq; et boues. et nūmulariorū effudit es: et mensas subuertit. Et hñs q colūbas vendebant dixit. Auferte ista hinc: et

nolite facere domū patris mei domū negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius. quia scriptum est: zelus domus tue comedit me. Responderūt ergo iudei et dixerūt ei. Quod signum ostendis nobis qā hec facis? Respondit ihesus: et dixit eis. Soluite templū hoc: et in tribus diebus recitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templū hoc: et tu in tribus diebus recitabis illud? Ille autē dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis. recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat: et crediderūt scripture: et sermōni quē dixit ihesus. Cum autē esset iherosolimis in pascha in die festo: multi crediderūt in noīe ei⁹ vidētes signa ei⁹ q̄ faciebat. Ipse autē ihesus nō crederet semetipm eis. eo qd ipse nosset omnes: et qā opus ei nō erat. aut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enī sciebat quid esset in homine.

Erat autē homo ex phariseis. nycodemus nomine: princeps iudeorū. Hic venit ad ihesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scim⁹ qā a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit ihesus: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit deo: non potest videre regnum dei. Dicit ad eū nycodem⁹. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris sue iterato introire et renasci? Respondit ihesus. Amē amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: nō potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne caro ē: et quod natū est ex spiritu spiritus est. Non mireris qā dixi tibi: oportet vos nasci deo.

Spiritus ubi vult spirat: & vocem eius audis: sed nescis unde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nycodemus: et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit ihesus: & dixit ei. Tu es magister in israhel et hec ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod scimus loquimur: et quod vidimus testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixerero vobis celestia crederis? Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipso non pereat: sed habeat vitam eternam. Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat: sed habeat vitam eternam. Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicaret mundum: sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filii dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum: & dilegerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem: & non venit ad lucem: ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera eius: quia a deo sunt facta. Post hec venit ihesus & discipuli eius in iudeam terram: & illic morabatur cum eis & baptizabat. Erat autem & iohannes baptizans in emon iuxta salim: quia aque multe erant illic: & veniebant et baptizabantur. Non dum enim missus fuerat iohannes in carcerem. Facta est

autem questio ex discipulis iohannis cum iudeis de purificatione. Et venerunt ad iohannem: & dixerunt ei. Rabbi: qui erat tecum trans iordanem: cui tu testimonium prohibuisti: ecce hic baptizat: et omnes veniunt ad eum. Respondit iohannes & dixit. Non potest homo accipere quicquam: nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos michi testimonium prohibetis quod dixerim: non sum ego christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsum est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum: gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illud oportet crescere: me autem minui. Qui deorsum venit super omnes est. Qui est de terra de terra est et de terra loquitur: qui de celo venit super omnes est. Et quod vidit & audivit hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium signavit: quia deus verax est. Quem enim misit deus: verba dei loquitur. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium: et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet vitam eternam: qui autem incredulus est filio: non videbit vitam: sed ira dei manet super eum.

Ut ergo cognovit ihesus quia audierunt pharisei quod ihesus plures discipulos facie & baptizat quam iohannes: quamquam ihesus non baptizaret sed discipuli eius: reliquit iudeam et abiit iterum in galileam. Oportebat autem eum transire per samariam. Venit ergo in civitatem samarie que dicitur sychar: iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Ihesus autem fatigatus ex itinere: sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei

ihesus. Da michi bibere. Discipuli enim
 ei abierant in civitatem ut cibos eme-
 rent. Dicit ergo ei mulier illa samari-
 tana. Quomodo tu iudeus cum sis bibe-
 re a me potes: que sum mulier sama-
 ritana? Non enim contungunt iudei sama-
 ritanis. Respondit ihesus: et dixit ei. Si
 scires donum dei. et quis est qui dicit ti-
 bi da michi bibere: tu forsitan petisses
 ab eo: et dedisset tibi aquam vivam. Dicit
 ei mulier. Domine: neque in quo haurias ha-
 bes: et puteus altus est. Unde ergo ha-
 bes aquam vivam? Numquid tu maior
 es patre nostro iacob qui dedit nobis
 puteum: et ipse ex eo bibit. et filij eius. et pe-
 rora eius? Respondit ihesus: et dixit
 ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum.
 Qui autem biberit ex aqua quam ego da-
 bo ei. non sitiet in eternum: sed aqua quam
 ego dabo ei. fiet in eo fons aque salien-
 tis in vitam eternam. Dicit ad eum
 mulier. Domine da michi hanc aquam:
 ut non sitiam neque veniam huc hau-
 rere. Dicit ei ihesus. Vade voca vi-
 rum tuum: et veni huc. Respondit
 mulier et dixit. Non habeo virum. Dicit
 ei ihesus. Bene dixisti: quia non habeo
 virum. Quinque enim viros habuisti: et
 nunc quem habes non est tuus vir. Hoc
 vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine: video
 quia propheta es tu. Patres nostri in mo-
 te hoc adoraverunt: et vos dicitis quia
 iherosolimis est locus ubi adorare o-
 portet. Dicit ei ihesus. Mulier crede mi-
 chi: quia veniet hora quando neque in
 monte hoc. neque in iherosolimis ado-
 rabitur pater. Vos adoratis quod
 nescitis: nos adoramus quod scimus:
 quia salus ex iudeis est. Sed venit ho-
 ra et nunc est: quando veri adoratores
 adorabunt patrem in spiritu et veritate.
 Nam et pater tales querit: qui adorent

eum. Spiritus est deus: et eos qui ado-
 rant eum in spiritu et veritate oportet
 adorare. Dicit ei mulier. Scio quia
 messias venit: qui dicitur Christus cum
 ergo venerit: ille nobis annuntiabit o-
 mnia. Dicit ei ihesus. Ego sum: qui
 loquor tecum. Et continuo venerunt di-
 scipuli eius: et mirabantur quia cum mulie-
 re loquebatur. Nemo tamen dixit: quid
 queris aut quid loqueris cum ea. Reliquit
 ergo ydriam suam mulier: et abiit in civi-
 tatem: et dicit illis hominibus. Veni-
 te et videte hominem qui dixit michi o-
 mnia quecumque feci. Numquid ipse est
 Christus? Exierunt de civitate: et venerunt
 ad eum. Interea rogabant eum discipuli di-
 centes. Rabbi manduca. Ille autem dixit
 eis. Ego cibum habeo manducare quem
 vos nescitis. Dicebant ergo discipuli
 ad invicem. Numquid aliquis attulit ei
 manducare? Dicit ei ihesus. Meus
 cibus est. ut faciam voluntatem eius qui misit
 me: ut perficiam opus eius. Numne vos
 dicitis quod adhuc quatuor menses sunt
 et messis venit? Ecce dico vobis: leva-
 te oculos vestros et videte regiones: quia
 albe sunt iam ad messem. Et qui metit
 mercedem accipit et congregat fructum
 in vitam eternam: ut et qui seminat similiter
 gaudeat et qui metit. Quia hoc enim est
 verbum verum: quia alius est qui seminat:
 et alius est qui metit. Ego misi vos me-
 tere: quod vos non laborastis. Alii labo-
 raverunt: et vos in labores eorum introistis.
 Ex civitate autem illa multi crediderunt
 in eum samaritanorum propter verbum mu-
 lieris testimonium perhibentis: quia dixit
 michi omnia quecumque feci. Cum venis-
 set ergo ad illum samaritanum. rogave-
 runt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi
 duos dies. Et multo plures crediderunt
 propter sermonem eius. Et mulieri dicebant:

quia nō ppter tuā loquelam credim⁹.
 Ipsi enim audiim⁹ et scimus: quia
 hic est vere saluator mundi. Post du-
 os autē dies exiit inde: et abiit ī galile-
 am. Ipse enim ihesus testimoniū p̄hi-
 buit: quia p̄p̄ta in sua patria hono-
 rem non habet. Cum ergo venisset in
 galileam exceperunt eum galilei: cum
 omnia vidisset q̄ fecerat iherosolimis ī
 die festo. Et ipi enī venerāt ad diē festū.
 Venit ergo iterū in chana galilee: ubi
 fecit aquā vinū. Et erat quidā regul⁹
 cui⁹ filius infirmabat rapharnaim.
 Hic cum audisset quia ihesus adue-
 niret a iudea in galileā abiit ad eum:
 et rogabat eum. ut descenderet ⁊ sana-
 ret filiū eius. Incipiebat enim mori.
 Dixit ergo ihesus ad eū. Nisi signa et
 prodigia videritis nō creditis. Dicit
 ad eum regulus. Dñe: descende prius
 q̄ moriatur filius meus. Dicit ei ihe-
 sus. Vade: filius tuus vivit. Credidit
 homo sermōni quē dixit ei ihesus: et
 ibat. Iam autē eo descendente serui oc-
 curserūt ei: ⁊ nunciaverūt dicentes: q̄a
 filius eius viveret. Interrogabat ergo
 horam ab eis in qua melius habue-
 rit. Et dixerūt ei: q̄a hęc hora septima
 reliquit eū febris. Cognovit ergo pa-
 ter quia illa hora erat in qua dixit ei
 ihesus filius tuus vivit: et credidit i-
 p̄se: et domus eius tota. Hoc iterum
 secundum signum fecit ihesus: cum
 venisset a iudea in galileam.

Post hęc erat dies fest⁹ iudeorū: ⁊ as-
 cendit ihesus iherosolimā. Est
 autē iherosolimis p̄bat̄ica piscina que
 cognominatur hebraice bethsaida:
 quinque porticus habens. In hīs iace-
 bat multitudo magna languentium
 reorū et claudorū aridorū: respectatūm
 aque motum. Angelus autē domini

descendebat scdm̄ tempus in piscinā:
 et movebatur aqua. Et qui primus
 descendisset ī piscinā post motionem
 aque: sanus fiebat a quacūq; detine-
 bat infirmitate. Erat autē quidā homo
 ibi triginta ⁊ octo ānos habēs in infir-
 mitate sua. Hunc cum vidisset ihesus
 iacentem: et cognovisset quia iā mul-
 tum temp⁹ haberet dicit ei. Hic san⁹
 fieri? Respondit ei languidus. Domi-
 ne: hominē non habeo ut cū turbata
 fuerit aqua mittat me in piscinā. Dū
 venio enī ego: alius ante me descendit.
 Dicit ei ihesus. Surge: tolle grabatū
 tuū ⁊ ambula. Et statim sanus fact⁹
 est homo ille: ⁊ sustulit grabatū suū ⁊
 ambulabat. Erat autē sabbatū in die
 illo dicebāt ergo iudei illi qui sanatus
 fuerat. Sabbatū est: non licet tibi tol-
 lere grabatū tuū. Respondit eis. Qui
 me sanū fecit ille michi dixit: tolle gra-
 batum tuum et ambula. Interrogaue-
 runt ergo eū. Quis est ille homo: qui
 dixit tibi tolle grabatū tuū ⁊ ambula?
 Is autē qui sanus fuerat effectus nesci-
 ebat quis esset. Ihesus enī declinavit
 a turba cōstituta in loco. Postea inue-
 nit eū ihesus in templo: ⁊ dixit illi. Ec-
 ce sanus factus es: iam noli peccare:
 ne deteri⁹ tibi aliquid cōtingat. Abiit
 ille homo: ⁊ nunciavit iudeis q̄a ihe-
 sus esset: qui fecit eū sanū. Propterea
 p̄sequerant iudei ihesum: quia hęc faci-
 ebat in sabbato. Ihesus autē respōdit
 eis. Pater meus usq; modo operatur:
 et ego operor. Propterea ergo magis
 quererāt eū iudei interficere: quia nō
 solū soluebat sabbatū: sed et patrem suū
 dicebat deū equalē se faciens deo. Re-
 spondit itaq; ihesus: ⁊ dixit eis. Amē
 amen dico vobis: non potest filius a
 se facere quicq; nisi qd̄ viderit patrem

facientē. Quicūq; enim ille fecerit: hec et filius similiter facit. Pater enim diligit filiū: et omnia demonstrat ei. que ipse facit: et maiora hijs demonstrabit ei opera. ut vos miremini. Sicut enim pater suscitāt mortuos et uiuificat: sic et filius quos uult uiuificat. Neq; enim pater iudicat quēq;: sed omne iudiciū dedit filio: ut omnes honorificēt filiū. sicut honorificāt patrem. Qui nō honorificat filiū: nō honorificat patrem qui misit illū. Amē amē dico uobis: quia qui uerbum meū audit et credit ei qui misit me: habet uitā eternā. Et in iudiciū non uenit: sed transiet a morte in uitā. Amē amē dico uobis: quā uenit hora et nūc ē quādo mortui audient uocē filij dei: et qui audierit uiuēt. Sicut enim pater habet uitā in semetipso: sic dedit et filio habere uitā in semetipso. Et potestatem dedit ei et iudiciū facere: quā filiū hominis est. Nolite mirari hoc: quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem filij dei: et procedēt qui bona fecerūt in resurrectionē uite: qui uero mala egerūt in resurrectionē iudicij. Nō possum ego a me ipso facere quicūq;. Sicut audio iudico: et iudiciū meū iustū ē: quā nō quero uolūtatem meā. sed uolūtatem ei qui misit me. Si ego testimoniū phibeo de me testimoniū meū nō est uerū. Alius est qui testimoniū phibet de me: et scio quia uerū est testimoniū eius quod phibet de me. Vos misistis ad iohānem: et testimoniū phibuit ueritati. Ego autē non ab homine testimoniū accipio: sed hec dico: ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs et lucens. Vos autē uoluistis ad horā exultare in luce eius. Ego autē habeo testimoniū maius iohāne. Opera enim quę dedit michi

pater ut pficiā ea: ipsa opera que ego facio testimoniū phibēt de me: quia pater misit me. Et qui misit me pater ipse testimoniū phibuit de me. Neq; uocem eius unq; audistis: neq; speciem eius uidistis. Et uerbum eius non habetis in uobis manēs: quia quē misit ille huc uos non creditis. Exeamini scripturas: quia uos putatis in ipsis uitam eternā habere. Et ille sunt qui testimoniū phibēt de me: et nō uultis uenire ad me ut uitā habeatis. Claritatem ab hominibus nō accipio: sed rogauit uos: quā dilectionē dei nō habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei: et nō accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo: illū accipietis. Quomodo uos potestis credere quod gloriā ab inuicē accipietis: et gloriā quę a solo deo est nō queritis? Nolite putare quā ego accusaturus sum uos apud patrem. Est qui accusat uos: moyses in quo uos speratis. Si enim crederetis moysi: crederetis forsitan et michi. De me enim ille scripsit. Si autē illius litteris nō creditis: quomodo meis uerbis creditis?

Post hec abiit ihesus trans mare galilee: quod est tyberiadis. Et sedebat eū multitudo magna: quia uidebāt signa que faciebat sup hijs qui infirmabant. Subiit ergo in montem ihesus: et ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autē proximum pascha: dies festus iudeorū. Cum subleuasset ergo oculos ihesus: et uidisset quia multitudo maxima uenit ad eū: dicit ad philippum. Unde ememus panes ut māducent hi? Hoc autē dicebat temptans eum. Ipse enim sciebat quid esset factururus. Respondit ei philippus. Ducuntur denariorū panes non sufficiūt eis: ut unusquisq; modicū quid accipiat. Dicit ei

unus ex discipulis eius andreas frater
 simonis petri. Est puer unus hic: qui
 habet quinque panes ordeaceos et duos
 pisces. Sed hec quod sunt inter tantos? Di-
 xit ergo ihesus. Facite homines discum-
 bere. Erat autem fenum multum in loco. Dis-
 cubuerunt ergo viri numero quasi quinque
 milia. Accepit ergo ihesus panes: et
 cum gratias egisset distribuit discum-
 bentibus. Similiter et ex piscibus qua-
 rum volebant. Ut autem impleti sunt:
 dixit discipulis suis. Colligite quae supra-
 uerant fragmenta ne pereant. Colle-
 gerunt ergo: et impleuerunt duodecim co-
 phinos fragmentorum ex quinque pani-
 bus ordeaceis et duobus piscibus: quae
 superfuerunt hijs qui manducauerant. Illi
 ergo homines cum vidissent quod fecerat
 signum dicebant. Quia hic est vere propheta:
 qui venturus est in mundum. Ihesus
 ergo cum cognouisset quia venturi essent
 ut raperent eum et facerent eum regem: su-
 git iter in montem ipse solus. Ut autem
 sero factum est: descenderunt discipuli eius
 ad mare. Et cum ascendissent nauim:
 uenerunt trans mare in capharnaum.
 Et tenebre iam facte erant: et non uene-
 rat ad eos ihesus. Mare autem uento
 magno flante resurgebat. Cum ueni-
 gassent ergo quasi stadia viginti quin-
 que aut triginta: uident ihesumambu-
 lantem supra mare: et primum nauim fi-
 eri: et timuerunt. Ille autem dicit eis. Ego
 sum: nolite timere. Voluerunt ergo acci-
 pere eum in nauim: et statim nauis
 fuit ad terram quam ibant. Altera die tur-
 ba que stabat trans mare: uidit quia na-
 uicula alia non erat ibi nisi una: et quia
 non introisset cum discipulis suis ihe-
 sus in nauim: sed soli discipuli eius ab-
 senter. Aliae uero superuenerunt naues a ty-
 bcriade iuxta locum ubi manducauerant

panem: gratias agentes deo. Cum ergo
 uidisset turba quia ihesus non esset ibi
 neque discipuli eius ascenderunt in nauiculas:
 et uenerunt capharnaum querentes
 ihesum. Et cum inuenissent eum trans
 mare: dixerunt ei. Rabbi: quando huc
 uenisti? Respondit eis ihesus: et dixit.
 Amen amen dico uobis: queritis me
 non quia uidistis signa: sed quia man-
 ducastis ex panibus: et saturati estis.
 Operamini non cibum qui perit: sed
 qui permanet in uitam aeternam: quem filius
 hominis dabit uobis. Hunc enim pater si-
 gnauit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid
 faciemus: ut operemur opera dei? Respon-
 dit ihesus: et dixit eis. Hoc est opus dei:
 ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt
 ergo ei. Quod ergo tu facis signum: ut
 uideamus et credamus tibi? Quid opera-
 ris? Pater nostri manducauerunt
 manna in deserto: sicut scriptum est. Panem
 de celo dedit eis manducare. Dixit er-
 go eis ihesus. Amen amen dico uobis:
 non moyses dedit uobis panem de celo:
 sed pater meus dat uobis panem de celo
 uerum. Panis enim dei est qui de celo descen-
 dit: et dat uitam mundo. Dixerunt ergo
 ad eum. Domine semper da nobis panem hunc.
 Dixit autem eis ihesus. Ego sum panis
 uitae. Qui uenit ad me non esuriet: et qui
 credidit in me non sitiet unquam. Sed di-
 xi uobis: quia et uidistis me: et non cre-
 didistis. Quia quod dicit michi pater ad
 me ueniet: et eum qui uenit ad me non e-
 iciam foras: quia descendi de celo non
 ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem
 eius qui misit me. Hec est enim uoluntas eius
 qui misit me patris: ut omne quod dedit mi-
 chi non perdam ex eo: sed resuscitem illud in
 nouissimo die. Hec est enim uoluntas pa-
 tris mei qui misit me: ut omnis qui uiderit
 filium et credit in eum habeat uitam aeternam.

et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo iudei de illo. quia dixisset ego sum panis uiuus: qui de celo descendi. Et dicebant. Nonne hic est filius ioseph cuius nos nouimus patrem et matrem? Quomodo ergo dicit hic. quia de celo descendi? Respondit ergo ihesus: et dixit eis. Nolite murmurare in inuicem. Nemo potest uenire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum: et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Exiit omnes uocabiles dei. Omnis qui audiuit a patre et didicit uenit ad me. Non quia patrem uidit quisquam: nisi is qui est a deo: hic uidit patrem. Amen amen dico uobis: qui credit in me habet uitam eternam. Ego sum panis uite. Patres uestri manducauerunt manna in deserto: et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Ego sum panis uiuus: qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est: pro mundi uita. Litigabant ergo iudei ad inuicem dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis ihesus. Amen amen dico uobis: nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem: non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem. habet uitam eternam. et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea uere est cibus: et sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet. et ego in illo. Sicut misit me uiuere pater et ego uiuo propter patrem: et qui manducat me: et ipse uiuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt

patres uestri manna: et mortui sunt. Qui manducat hunc panem: uiuet in eternum. Hec dixit in synagoga docens. in capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius. Dixerunt durus est hic sermo. Et quis potest eum audire? Sciens autem ihesus apud seueripsum quia murmurarent de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendente ubi erat prius? Spiritus est qui uiuificat: caro non potest quicquam. Verba que ego locutus sum uobis: spiritus et uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio ihesus qui essent non credentes: et quis traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea dixi uobis: quia nemo potest uenire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Et hoc multi discipulorum eius abierunt retro: et iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo ihesus ad duodecim. Numquid et uos uultis abire? Respondit ergo ei symon petrus. Domine: ad quem ibimus? Verba uite eterne habes. Et nos credidimus et cognouimus: quia tu es christus filius dei. Respondit eis ihesus. Nonne ego uos duodecim elegi: et ex uobis unus dyabolus est? Dicebat autem de iuda symonis scariothis. Hic enim erat traditurus eum cum esset unus ex duodecim.

Dixit hec autem ambulabat ihesus in galileam. Non enim uolebat in iudeam ambulare: quia querebant eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum scenophagia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc et uade in iudeam: ut et discipuli tui uideant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto quid facit: et querit ipse in palam esse. Si hec facit: manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant

in eum. Dicit ergo eis ihesus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem uestrum semper est paratum. Non potest mundus odire uos. Me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo: quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego non ascendam ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. Hec cum dixisset: ipse mansit in galilea. Ut autem ascenderunt fratres eius: tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste: sed sibi in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo: et dicebant. Ubi est ille? Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam enim dicebant quia bonus est: alii dicebant non: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metum iudeorum. Jam autem die festo mediante: ascendit ihesus in templum et docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit eum non didicerit? Respondit eis ihesus: et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere: cognoscat de doctrina: utrum ex deo sit: an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit eum: hic uerax est: et iniusticia in illo non est. Nonne moyses dedit uobis legem? Et nemo ex uobis facit legem. Quid me queritis interficere? Respondit turba et dixit. Demonium habes. Quis te querit interficere? Respondit ihesus: et dixit eis. Unum opus feci: et omnes mirantur. Propterea moyses dedit uobis circumcisionem: non quia ex moyse est: sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis carnem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato ut non soluat legem moysi: michi indignamini quia totum hominem sanum feci

in sabbato. Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex iherosolymis. Nonne hic est quem querebant interficere? Ecce palam loquitur: et nichil ei dicunt. Numquid uere cognouerunt principes quia hic est christus? Sed hunc scimus unde sit: christus autem cum uenerit: nemo scit unde sit. Clamabat ergo ihesus in templo docens et dicens. Et me scitis: et unde sum scitis: et a meipso non ueni: sed est uetus qui misit me quem uos nescitis. Ego scio eum: et si dixero quia nescio eum: ero similis uobis mendax. Sed scio eum: quia ab ipso sum: et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia nondum uenerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum. Et dicebant. Christus cum uenerit: nunquid plura signa faciet quam que hic facit? Audierunt pharisei turbam murmurantem de illo hec: et miserunt principes et pharisei ministros ut apprehenderent ihesum. Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicum tempus uobiscum sum: et uado ad eum qui me misit. Queretis me et non inuenietis: et ubi sum ego uos non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quis hic iturus est: quia non inuenimus eum? Numquid in dysphonem gentium iturus est: et docurus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: queretis me et non inuenietis: et ubi sum ego uos non potestis uenire? In nouissimo autem die magno festiuitatis habebat ihesus: et clamabat dicens. Si quis sitit: ueniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de uentre eius fluent aque uite. Hoc autem dixit de spiritu: quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat

Spiritus datus: quia ihesus nōdum erat glorificat⁹. Et illa ergo turba cū audissent hos sermones eius dicebant. Hic est vere propheta. Alij dicebāt. Hic est christus. Quidā autē dicebāt. Nūquid a galilea venit christus? Nōne scriptura dixit: q̄a ex semine dauid. ⁊ de bethleem castello ubi erat dauid venit christ⁹? Dissensio itaq; facta est in turba ppter eum. Quidā autē ex ip̄is volebāt apprehendere eum: sed nemo misit sup eum man⁹. Venērūt ergo ministri ad pontifices ⁊ phariseos: et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum? Respōderūt ministri. Nūquid sic locutus est homo: sicut hic homo. Respōderunt ergo eis pharisei. Nūquid et vos seducti estis? Nūquid ex principibus aliquis credidit in eū: aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem: maledicti sunt. Dixit nycodemus ad eos: ille qui venit ad eum nocte: q̄ un⁹ erat ex ip̄is. Nūquid lex nostra iudicat hominē: nisi prius audierit ab ip̄o et cognouerit quid faciat? Responderunt: ⁊ dixerūt ei. Nūquid ⁊ tu galile⁹ es? Scrutare scripturas ⁊ uide: quia a galilea propheta nō surgit. Et reuersi sunt unusquisq; i domū suā.

Ihesus autē pregit in montem oliueti: et diluculo iterū uenit in templū ⁊ om̄is populus uenit ad eum: ⁊ sedens docebat eos. Adducunt autē scribe ⁊ pharisei mulierem deprehensam in adulterio: et statuerūt eam in medio: ⁊ dixerunt ei. Magister: hec mulier modo deprehensa ē in adulterio. In lege autē moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autē dicebāt temptātes eum: ut possent accusare eū. Ihesus autē inclinās se deorsum: digito scribebat i terra. Cū ergo perseuerarēt

interrogantes: cecidit se ⁊ dixit eis. Qui sine peccato est uelutū prim⁹ in illā lapidem mittat. Et iterum se inclinās scribebat in terrā. Audientes autē hec unus post unū egibant incipientes a senioribus: ⁊ remāsit solus ihesus: et mulier in medio stans. Erigens autē se ihesus: dixit ei. Mulier: ubi sunt qui te accusabāt? Nemo te cōdemnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit autē ihesus. Nec ego te condemnabo. Vade: et iam ampli⁹ noli peccare. Itē ergo locutus est eis ihesus dicens. Ego sū lux mundi. Qui sequit me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumē uite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teip̄o testimoniu phibes: testimoniu tuū nō est uer⁹. Respōdit ihesus: ⁊ dixit eis. Et si ego testimoniu phibeo de meip̄o: uer⁹ ē testimoniu meū: q̄a scio unde ueni ⁊ quo uado. Vos autē nescitis unde uenio: aut quo uado. Vos autē scdm carnē iudicatis: ego nō iudico quēq;. Et si iudico ego: iudiciū meū uer⁹ ē: q̄a sol⁹ nō sum: sed et ego ⁊ qui misit me pater. Et i lege ur̄a scriptum est: quia duorū hominū testimoniu uer⁹ est. Ego sum qui testimoniu phibeo de meip̄o: et testimoniu phibeo de me qui misit me pater. Dicebāt ergo ei. Ubi est pater tuus? Respōdit ihesus. Neq; me scitis: neq; patrem meū. Si me sciretis: forsitan ⁊ patrem meū sciretis. Hec uerba locutus ē ihesus in gazophylacio: docens in templo. Et nemo apprehēdit eum: quia necdū uenisset hora ei⁹. Dixit ergo itē eis ihesus. Ego uado: et queretis me: et in peccato ur̄o moriemini. Quo ego uado: uos nō potestis uenire. Dicebāt ergo iudei. Nūquid interficiet semetip̄m: q̄a dicit quo ego uado uos nō potestis uenire? Et dicebat

eis. Vos de deorsum estis ego de sup-
pnis sum. Vos de mūdo hoc estis. &
ego nō sum de hoc mūdo. Dixi ergo
vobis: quā moriemini in peccatis vris.
Si enim non credideritis quia ego sū:
moriemini in peccato vō. Dicebat ergo
ei. Tu quā es? Dicit eis ihesus. Prīcipi-
um: quā & loquor vobis. Multa habeo
de vobis loqui & iudicare: sed qui me
misit verax ē: & ego quā audiui ab eo hec
loquor in mūdo. Et nō cognouerūt:
quia patrem eius dicebat deū. Dixit
ergo eis ihesus. Cum exaltaueritis fi-
liū hōis tunc cognoscetis quā ego sū:
et a meipō facio nichil: sed sic docuit
me pater hec loquor. Et qui me misit
mecū est: & non reliquit me solū: quia
ego quā placita sunt ei facio semp. Hec
illo loquente: multi crediderūt in eum.
Dicebat ergo ihesus ad eos. qui credi-
derūt ei iudeos. Si vos māseritis in
sermone meo. vere discipuli mei eritis:
et cognoscetis veritatem: & veritas li-
berabit vos. Respōderūt ei. Semen a-
brahe sumus: et nemini seruimus unquā.
Quomodo tu dicis liberi eritis? Respō-
dit eis ihesus. Amen amen dico vo-
bis: quia omnis quā facit peccatū seruus
est peccati. Seruus autē non manet in
domo in eternum: filius manet in e-
ternum. Si ergo vos filius liberaue-
rit: vere liberi eritis. Scio quia filij
abrahe estis: sed queritis me interfici-
cere: quia sermo meus nō capit in vo-
bis. Ego quā vidi apud patrem loquor:
et vos que vidistis apud patrem ve-
strum facitis. Respōderūt et dixerunt
ei. Pater noster abraham est. Dicit e-
is ihesus. Si filij abrahe estis: opera
abrahe facite. Nunc autē queritis me
interficere: hominē qui veritatem vo-
bis locutus sum: quam audiui a deo.

Hoc abraham nō fecit. Vos facitis
opera patris vestri. Dixerunt itaq; ei.
Nos ex fornicatione non sumus nati.
Unū patrem habemus deū. Dixit ergo eis
ihesus. Si deus pater vester esset. Di-
ligeretis utiq; me. Ego enim ex deo pces-
si et veni. Neq; enim a meipō veni: sed il-
le me misit. Quare loq̄lā meā non co-
gnoscitis? Quia nō potestis audire
sermonē meū. Vos ex patre dyabolo
estis: & desideria patris vestri vultis fa-
cere. Ille homicida erat ab initio: & in
veritate non stetit: quia nō est veritas
in eo. Cum loquitur mendaciū. ex pro-
prijs loquitur: quia mendax est & pa-
ter ei. Ego autē quia veritatem dico:
non creditis michi. Quis ex vobis ar-
guet me de peccato? Si veritatem di-
co: quare vos non creditis michi?
Qui est ex deo: verba dei audit. Pro-
pterea vos nō auditis: quia ex deo nō
estis. Respōderūt ergo iudei: & dixerūt
ei. Nōne bene dicim⁹ nos. quia sama-
rican⁹ es tu. & demoniū habes? Respō-
dit ihesus. Ego demoniū nō habeo:
sed honorifico patrem meū: & vos in-
honorastis me. Ego autē non quero
gloriā meā. Est qui querat & iudicet.
Amen amen dico vobis: si quis sermo-
nem meū exauerit mortem nō videbit
in eternum. Dixerūt ergo iudei. Nunc co-
gnouim⁹: quia demoniū habes. Abra-
ham mortuus est & propheta: et tu dicis
si quis sermo-
nem meū exauerit non gu-
stabit mortem in eternū? Nūquid tu
maior es patre nō abrahā quā mortu⁹
est? Et prophete mortui sūt. Quē temp⁹
facis? Respōdit ihesus. Si ego glori-
fico meipm: gloria mea nichil ē. Est
pater me⁹ qui glorificat me: quē vos
dicitis quia deus noster ē & nō cogno-
uistis eum. Ego autē noui eum. Et si

Dixero quia non scio eum: ego similis vobis mendax. Sed scio eum: et sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum: et vidit: et gavisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes: et abraham vidisti? Dixit eis ihesus. Amen amen dico vobis: antequam abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Ihesus autem abscondit se: et exiit de templo.

Et percipiens ihesus vidit hominem cecum a natiuitate: et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi. quis peccauit. hic autem parentes eius: ut cecus nasceretur? Respondit ihesus. Neque hic peccauit neque parentes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Ne oportet operari opera eius qui misit me. donec dies est. Venit nox: quando nemo potest operari. Quandiu sum in mundo. lux sum mundi. Hoc cum dixisset respuit in terram. et fecit lutum ex sputo: et linxit lutum super oculos eius: et dixit ei. Vade lava in natatoria syloe: quod interpretatur missus. Abiit ergo et lauit: et venit videns. Itaque vicini et qui viderant eum prius quia mendicatus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alii dicebant quia hic est: alii autem nequaquam: sed similis est eius. Ille vero dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculus? Respondit. Ille homo qui dicit ihesus lutum fecit: et unxit oculos meos: et dixit michi. Vade ad natatoriam syloe: et lava. Et abiit: et lauit: et vidit. Et dixerunt ei. Vbi est ille? ait. Nescio. Adducunt eum ad phariseos qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit ihesus: et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisei quomodo vidisset.

Ille autem dixit eis. Lutum michi posuit super oculos: et laui et video. Dicebant ergo ei pharisei quidam. Non est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hec signa facere? Et cecus erat inter eos. Dicunt ergo ceci iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset et vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat: et interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester: quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius: et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: et quia cecus natus est. Quomodo autem nunc videt? nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate. Fratrem habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: qui timebant iudeos. Iam enim conspirauerant iudei: ut si quis eum confiteretur esse christum exiret synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt. quia etatem habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio: unum scio: quia cecus cum essem. modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam: et audistis. Quid iterum vultis audire? Numquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei: et dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo: et dixit eis. In hoc enim

mirabile est quia vos nescitis unde sit: et aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est et voluntatem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est auditum: quia quis aperuit oculos regi nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicquam. Respondit: et dixerunt ei. In peccatis natus es torus: et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit ihesus quia eiecerunt eum foras: et cum inuenisset eum dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille et dixit. Quis est dominus ut credam in eum? Et dixit ei ihesus. Et vidisti eum: et quod loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. Et prostratus adoravit eum. Et dixit ei ihesus. In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident videant: et qui vident ceci fiant. Et audierunt quidam ex pharisaeis qui cum ipso erant: et dixerunt ei. Nunquid et nos ceci sumus? Dixit eis ihesus. Si ceci essetis non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis quia videmus: peccatum vestrum manet.

Men amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile sed ascendit aliunde: ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium: pastor est ovium. Hinc ostiarius aperit: et oves vocem eius audiunt. Et proprias oves vocat nominatim: et educit eas. Et cum proprias oves emisit ante eas vadit: et oves illum sequuntur: quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur: sed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienam. Hoc proverbium dixit eis ihesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum ihesus. Amen amen dico vobis: quia ego sum ostium ovium. Omnes quippe venerunt fures sunt et latrones: sed non audierunt eos oves.

Ego sum ostium. Per me si quis introierit salvabitur: et ingredietur et egredietur: et pascua inveniet. Fur non venit: nisi ut furetur et mactet et perdat. Ego veni ut vitam habeant: et abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oves proprie: videt lupum venientem et dimittit oves et fugit: et lupus rapit: et dissipat oves. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est: et non perinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco meas: et cognoscunt me mee. Sicut novit me pater: et ego agnosco patrem: et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere et vocem meam audient: et fiet unum ovile et unus pastor. Propterea me pater diligit: quia ego pono animam meam: ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam: et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio iterum facta est inter iudeos: propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis. Demonium habet et insanit. Quid eum auditis? Alii dicebant. Hec verba non sunt demonium habentis. Nunquid demonium potest reorum oculos aperire? Facta sunt autem miracula in iherosolymis: et hyems erat. Et ambulabat ihesus in templo in porticu salomonis. Circumdederunt ergo eum iudei: et dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es christus: dic nobis palam. Respondit eis ihesus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec testimonium perhibent de

me. Sed vos non creditis: quia non
 estis ex quibus meis. Quos mee voce
 meam audiunt: et ego cognosco eas: et
 sequuntur me. Et ego vitam eternam do
 eis: et non peribunt in eternum: et non rapi-
 erit eas quisquam de manu mea. Pater me-
 us quod dedit michi manus omnibus est:
 et nemo potest rapere de manu patris
 mei. Ego et pater unum sumus. Sustu-
 lerunt lapides iudei: ut lapidarent eum.
 Respondit eis ihesus. Multa bona o-
 pera ostendi vobis ex patre meo. Pro-
 pter quod vos opus me lapidatis? Respon-
 derunt ei iudei. De bono opere non la-
 pidamus te: sed de blasphemia: et quia
 tu homo cum sis: facis teipsum deum. Re-
 spondit eis ihesus. Nonne scriptum est in
 lege vestra quia ego dixi deus sum? Si
 illos dixit deos ad quos sermo dei fa-
 ctus est: et non potest solvi scriptura:
 que pater sanctificavit et misit in mun-
 dum vos dicitis quia blasphemus
 quia dixi filius dei sum? Si non facio
 opera patris mei: nolite credere michi.
 Si autem facio: et si michi non vultis cre-
 dere operibus credite: ut cognoscatis
 et credatis: quia in me est pater: et ego
 in patre. Querebant ergo eum apprehen-
 dere: et egit de manibus eorum. Et abiit
 iterum trans iordanem in eum locum ubi e-
 rat iohannes baptizans prius: et mansit il-
 lic. Et multi venerunt ad eum et dicebant: quia
 iohannes nonne signum fecit nullum. Omnia
 autem quecumque dixit iohannes de hoc vera
 erant: et multi crediderunt in eum.

Erat autem quidam languens laza-
 rus a bethania: de castello ma-
 rie et marthe sororum eius. Maria autem
 erat que unxit dominum unguento: et re-
 sistit pedes eius capillis suis: cuius frater
 lazarus infirmabatur. Misertus ergo so-
 rores eius ad eum dicentes. Domine:

ecce quem amas infirmatur. Audieris
 autem ihesus: dixit eis. Infirmitas hec
 non est ad mortem: sed pro gloria dei:
 ut glorificetur filius dei per eam. Dilige-
 bat autem ihesus martham: et sororem
 eius mariam et lazarus. Ut ergo audivit
 quia infirmabatur: tunc quidem mansit
 in eodem loco duobus diebus. Dein-
 de post hec dicit discipulis suis. Eamus
 in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi
 nunc querebant te iudei lapidare: et iterum
 vadis illuc? Respondit ihesus. Nonne
 duodecim sunt hore diei? Si quis ambu-
 laverit in die non offendit: quia lucem
 huius mundi videt. Si autem ambulave-
 rit in nocte offendit: quia lux non est
 in eo. Hec ait: et post hec dicit eis. La-
 zarus amicus noster dormit: sed va-
 do ut a somno resuscitem eum. Dixerunt
 ergo discipuli eius. Domine: si dormit sal-
 vus erit. Dixerat autem ihesus de morte
 eius: illi autem putaverunt quia de dormi-
 tione somni diceret. Tunc ergo ihesus
 dixit eis manifeste. Lazarus mortuus
 est: et gaudeo propter vos ut credatis:
 quoniam non eram ibi. Sed etiam ad
 eum. Dixit ergo thomas qui dicitur
 didimus ad discipulos. Eamus et
 nos: et moriamur cum eo. Venit itaque
 ihesus: et invenit eum quatuor dies
 iam in monumento habentem. Erat
 autem bethania iuxta iherosolimam quasi
 stadiis quindecim. Multi autem ex iude-
 is venerant ad martham et mariam: ut
 consolarentur eas de fratre suo. Martha
 ergo ut audivit quia ihesus venit occur-
 rit illi: maria autem domi sedebat. Dixit
 ergo martha ad ihesum. Domine: si fuisses
 hic frater meus non fuisset mortuus.
 Sed et nunc scio: quia quecumque poposce-
 ris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus.
 Resurget frater tuus. Dicit ei martha.

Hic quia resurget. i. resurrectione in
 nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego su
 resurrectio & vita. Qui credit in me etiam
 si mortuus fuerit uiuet: & omnis qui
 uiuit & credit in me: non morietur in
 eternu. Credis hoc? Ait illi. Domine.
 Ego credidi quia tu es christus filius dei:
 qui in hunc mundum uenisti. Et cum
 hec dixisset: abiit & uocauit mariam
 sororem sua silērio dicens. Magister
 adest: et uocat te. Illa ut audiuit sur-
 git cito: & uenit ad eum. Nondu enim
 uenerat ihesus in castellu: sed erat ad-
 huc in illo loco ubi occurrat ei mar-
 tha. Iudei ergo qui erant cum ea i do-
 mo & consolabantur eam cu uidissent
 mariam quia cito surrexit et eieit: se-
 cuti sunt eam dicētes. Quia uadit ad
 monumentu ut ploret ibi. Maria e-
 go cum uenisset ubi erat ihesus: uidēs
 eum cecidit ad pedes ei⁹ & dixit ei. Do-
 mine. si fuisses hic non esset mortuus
 frater meus. Ihesus ergo ut uidit eā
 plorantem et iudeos qui uenerant cu
 ea plorantes interuenit spiritu: & turba-
 uit seipm & dixit. Ubi posuistis eum?
 Dicunt ei. Domine: ueni & uide. Et lacri-
 matus est ihesus. Dixerūt ergo iudei.
 Ecce quomō amabat eum. Quidam
 aut eē ipis dixerūt. Non poterat hic
 qui aperuit oculos tui nati facere: ut
 hic nō moreret? Ihesus ergo rursu
 freuens in semetipso uenit ad monu-
 mentu. Erat aut spelunca: & lapis sup-
 positus erat ei. Ait ihesus. Tollite la-
 pidem. Dicit ei martha soror ei⁹. qui
 mortuus fuerat domine iam feret: qua-
 driduanus enim est. Dicit ei ihesus.
 Nōne dixi tibi: quoniā si credideris
 uidebis gloria dei? Tulerūt ergo lapi-
 dem. Ihesus aut eleuans sursum ocu-
 lis dixit. Pater gratias ago tibi quā

audisti me. Ego aut sciebā quia semp
 me audis: sed ppter ipm q̄ circumstat di-
 xi: ut credant quia tu me misisti. Nec
 cum dixisset: uoce magna clamauit.
 Lazare ueni foras. Et statim p̄dijt q̄
 fuerat mortuus ligatus manus et pe-
 des iustis: & facies illius sudario e-
 rat ligata. Dixit eis ihesus. Soluite
 eum: & sinite abire. Multi ergo eē iude-
 is qui uenerāt ad mariā et martham
 et uiderant que fecit ihesus: credide-
 runt in eum. Quidā autē eē ipis abie-
 runt ad phariseos: & dixerunt eis que
 fecit ihesus. Collegerūt ergo p̄ntifices
 et pharisei conciliū & dicebant. Quid
 facimus: quia hic homo infra signa
 facit? Si dimittimus eum sic: omnes
 credent in eum. Et uenient romani: et
 tollent locum nostru & gentem. Unus
 aut eē ipis cayphas nomine: cu esset
 pontifex anni illius dixit eis. Vos ne-
 scitis quicq̄ nec cogitatis: quia repe-
 dit uobis ut unus moriat homo p
 p̄lo: & non tota gens peccat. Hoc au-
 tem a semetipso non dixit: sed cum esset
 pontifex anni illius p̄phetauit: q̄a ihe-
 sus moritur⁹ erat p gente. Et nō tan-
 tum p gente: sed ut filios dei qui erāt
 dispersi congregaret in unū. Ab illo er-
 go die cogitauerunt ut interficerent eū.
 Ihesus ergo iam non i palam ābula-
 bat apud iudeos: sed abiit in regionē
 iuxta desertum in ciuitatem que dicit̄
 effcem: & ibi morabatur cum discipulis
 suis. Proximum autem erat pascha
 iudeorū: & ascenderūt multi iherosoli-
 mam de regione ante pascha: ut san-
 ctificarent seipos. Querebant ergo ihe-
 sum: & colloquebantur ad inuicem in
 templo stantes. Quid putatis quia
 non uenit ad diem festum istum? De-
 derant autem pontifices et pharisei

mandatum: ut si quis cognoverit ubi sit iudicet: ut apprehendat eum. **XIII**
 ihesus ergo ante sex dies pasche venit
 bethaniam ubi lazarus fuerat mortuus:
 quem suscitavit ihesus. fecerunt autem
 ei renam ibi et martha ministrabat: la-
 zarus vero unus erat ex discipulis eius
 cum eo. Maria ergo accepit libram un-
 guenti nardi pistici preciosi et unxit pedes
 ihesu: et exersit pedes eius capillis suis:
 et domus impleta est ex odore unguenti.
 Dixit ergo unus ex discipulis eius iu-
 das scariothis qui erat eum traditurus.
 Quare hoc unguentum non venit cre-
 centis denariis: et datum est egenis?
 Dixit autem hoc non quia de egenis pre-
 nebat ad eum: sed quia fur erat: et la-
 culos habens ea que mittentur por-
 tabat. Dixit ergo ihesus. Sine illa:
 ut in die sepulture mee fuerit illud. Pau-
 peres enim semper habetis vobiscum: me
 autem non semper habetis. Cognovit ergo
 turba multa ex iudeis quia illic est: et
 venerunt non propter ihesum tantum: sed
 ut lazarus viderent quem suscitavit a mor-
 tuis. Cogitaverunt autem principes sacer-
 dotum ut et lazarus interficerent: quia multi
 propter illum abibant ex iudeis: et crede-
 bant in ihesum. In crastinum autem tur-
 ba multa que venerat ad diem festum
 cum audissent quia venit ihesus ihe-
 rosolimam acceperunt ramos palmarum:
 et processerunt obviam ei et clamabant:
 osanna. benedictus qui venit in nomine
 domini rex israel. Et invenit ihesus asel-
 lum: et sedit super eum sicut scriptum est.
 Nolite timere filia syon: ecce rex tuus ve-
 nit sedens super pullum asine. Hec non co-
 gnoverunt discipuli eius primum: sed quando
 glorificatus est ihesus tunc recordati
 sunt quia hec erant scripta de eo: et hec
 fecerunt ei. Testimonium ergo prohibebat

turba que erat cum eo quando lazarus
 vocavit de monumento: et suscitavit
 eum a mortuis. Propterea et obviam
 venit ei turba: quia audierunt eum fecisse
 hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad
 sevetipos. Videtis quia nichil profici-
 mus? Ecce mundus totus post eum abiit.
 Erant autem quidam gentiles ex hijs qui
 ascenderant ut adorarent in die festo. Alii ergo
 accesserunt ad philippum qui erat a beth-
 sayda galilee: et rogabant eum dicentes.
 Domine: volumus ihesum videre. Ve-
 nit philippus: et dicit andree. Andreas
 rursum et philippus dixerunt ihesu. Ihe-
 sus autem respondit eis dicens. Venit ho-
 ra ut clarificetur filius hominis. Amen
 amen dico vobis: nisi granum frumenti
 cadetis in terram mortuum fuerit: ipsum
 solum manet. Si autem mortuum fuerit:
 multum fructum afferet. Qui amat ani-
 mam suam: perdet eam. Et qui odit ani-
 mam suam in hoc mundo: in vitam eternam
 custodit eam. Si quis michi ministrat:
 me sequatur. Et ubi sum ego: illic et
 minister meus erit. Si quis michi mi-
 nistraverit: honorificabit eum pater
 meus. Nunc anima mea turbata est.
 Et quid dicam? Pater salva me ex
 hac hora. Sed propterea venit in horam
 hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit
 ergo vox de celo dicens. Clarificavi: et
 iterum clarificabo. Turba ergo que sta-
 bat et audierat dicebat tonitruum esse fa-
 ctum. Alii autem dicebant. Angelus ei lo-
 cutus est. Respondit ihesus: et dixit. Non
 propter me hec vox venit: sed propter vos.
 Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps
 huius mundi eicietur foras. Et ego si ex-
 altatus fuero a terra: omnia traham
 ad meipsum hoc autem dicebat: significans
 qua morte esset moriturus. Respondit
 ei turba. Nos audimus ex lege. quia

relictus manet in eternū. Et quomodo
tu dicis oportet exaltari filiū hōis? Et
quis ē iste filius hōminis? Dixit ergo
eis ihesus. Adhuc modicū lumē in
vobis est. Ambulate dum lucem habe-
tis: ut non tenebre vos cōprehendāt.
Et qui ambulat ī tenebris: nescit quo
vadit. Dum lucem habetis credite in
lucem: ut filij lucis sitis. Hec locutus
est ihesus: et abiit et abscondit se ab eis. Cū
autē tanta signa fecisset coram eis nō
credebāt in eum: ut sermo ysaię imple-
retur quē dixit. Dñe quis credidit au-
ditui nō: et brachiū dñi cui reuelatū
est? Propterea non poterāt credere: quā-
iā iterū dixit ysaiās. Exccecauit oculos eo-
rum et induravit cor eorū: ut non vi-
deant oculis et intelligāt corde et con-
uertantur et sauent eos. Hec dixit ysai-
ās quādo vidit gloriā eius: et locutus
est de eo. Verūtamenē et ex principibus
multi crediderūt in eum: sed ppter pha-
riseos nō cōfitebantur: ut de synago-
ga nō eicerentur. Dilixerūt enim glo-
riam hōinū magis q̄ gloriā dei.
Ihesus autē clamavit et dixit. Qui cre-
dit in me: nō credit in me: sed in eum
qui misit me. Et qui videt me: videt
eum qui misit me. Ego lux in mundū
veni: ut om̄s qui credit in me in tene-
bris non maneat. Et si quis audierit
verba mea et non custodierit: ego non
iudico eū. Non enim veni ut iudicem
mūdū: sed ut salvificem mūdū. Qui
spertit me et non accipit verba mea:
habet q̄ iudicet eum. Sermo quē locu-
tus sum: ille iudicabit eum in novissi-
mo die. Quia ego ex meip̄o nō sū lo-
cutus: sed q̄ misit me pater ipse michi
mandatū dedit: quid dicam et quid
loquar. Et scio: quia mādatū ei⁹ vita
eterna est. Que ergo ego loquor: sicut

dixit michi pater sic loquor.

Ante diem festū pasche sciens ihe-
sus quā venit hora ei⁹ ut trāseat
ex hoc mūdō ad patrem: cū dilexisset
suos qui erant in mūdō: in finem di-
legit eos. Et cena facta cum dyabolus
iam misisset in cor ut traderet eum iu-
das simonis scariothis: sciens quia
omnia dedit ei pater in manus et quā
a deo exiit et ad deum vadit: surgit
a cena et ponit vestimenta sua: et cū ac-
cepisset lintheum p̄inxit se. Deinde mi-
sit aquā ī peluim: et cepit lavare pedes
discipulorū: et extergere lintheo quo erat
p̄inctus. Venit ergo ad simonem pe-
trum. Et dicit ei petrus. Dñe tu michi
lavas pedes? Respondit ihesus: et di-
xit ei. Quod ego facio tu nescis modo:
scies autē postea. Dicit ei petrus. Non
lavabis michi pedes in eternū. Respō-
dit ei ihesus. Si non lavero te: nō ha-
bebis partem meā. Dicit ei simon pe-
trus. Domine: nō tantū pedes meos:
sed et manus et caput. Dicit ei ihesus.
Qui locus est nō indiget nisi ut pedes
lavet: sed est mūdus tot⁹. Et vos mū-
di estis: sed non omnes. Sciebat enī
quisnam esset qui traderet eum. Pro-
pterea dixit: non estis mūdi omnes.
Postq̄ ergo lavit pedes eorū accepit
vestimenta sua: et cum recubisset iterū
dixit eis. Scitis quid fecerim vobis?
Vos vocatis me magister et domine:
et bene dicitis. Sum eternū. Si ergo
ego laui pedes vestros domin⁹ et ma-
gister: et vos debetis alter alteri⁹ lava-
re pedes. Exemplū enim dedi vobis:
ut quēadmodū ego feci vobis ita et
vos faciatis. Amen amē dico vobis:
nō est quis maior domino suo: neq̄
apostolus maior est eo qui misit illū.
Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea.

Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed ut adimpleatur scriptura: qui māducat meū panem leuabit contra me calcaneū suū. **A**modo dico vobis priuſq; fiat: ut cū factū fuerit credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis: qui accipit hī quem misero me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui me misit. Cum hęc dixisset ihesus turbatus est spiritu: et p̄testatus est et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus eꝛ vobis tradet me. **A**spiciebāt ergo ad inuicē discipuli: hēlitātes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus eꝛ discipulis eius in sinu ihesu: quem diligebat ihesus. **I**nruit ergo huic simon petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? **I**taq; cum recubuisset ille supra pedē ihesu: dicit ei. Dñe quis est? **R**espōdit ihesus. Ille est: cui ego intindū panē porregero. **E**t cum intinxisset panē: dedit inde simonis scariothis. **E**t post bucellā intromiit in eum sathanas. **E**t dicit ei ihesus. Quod facis fac cito. **H**oc autē nemo sciuit discubentiu: ad quid dixerit ei. **Q**uidā enim putabāt quia oculos habebat iudas q̄ dixisset ei ihesus. **E**ne ea que opus sunt nobis ad diem festū: aut egenis ut aliquid daret. **C**ū ergo accepisset ille bucellā: egressus cōtinuo. **E**rat autē nox. **C**ū ergo egressus dixit ihesus. **N**unc clarificatus est filius hominis: et deus clarificatus est in eo. **S**i deus clarificatus est in eo: et deus clarificabit eum in semetip̄o: et continuo clarificabit eum. **F**ilioli: adhuc modicū vobiscum sum. **Q**ueretis me: et sicut dixi iudicis quo ego vado vos non potestis venire. **E**t vobis dico modo. **M**ādātū nouū do vobis: ut diligatis inuicē sicut dilexi vos: ut et

vos diligatis inuicē. **I**n hoc cognoscēt omnes quia discipuli estis mei: si dilectionē habueritis ad inuicem. **D**icit ei simon petrus. **D**ñe quo vadis? **R**espōdit ihesus. **Q**uo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autē postea. **D**icit ei petrus. **Q**uare nō possū te sequi modo? **A**iam meā p̄ te ponam. **R**espōdit ei ihesus aīam tuā p̄ me ponas? **A**mē amē dico tibi: nō cātabit gall⁹ donec ter me neges. **R**VD

Et ait discipulis suis. **N**on turbet cor vestrū. **C**reditis in deū: et in me credite. **I**n domo patris mei mansiones multe sunt. **S**i quo minus: dixissem vobis quia vado parare vobis locum. **E**t si abiero et p̄parauero vobis locum: iterū venio et accipiam vos ad meip̄m: ut vbi sum ego et vos sitis. **E**t quo ego vado scitis: et viam scitis. **D**icit ei thomas. **D**ñe: nescimus quo vadis. **E**t quomō possum⁹ viam scire? **D**icit ei ihesus. **E**go sum via: et veritas: et vita. **N**emo venit ad patrem nisi p̄ me. **S**i cognouissetis me: et patrē meum utiq; cognouissetis. **E**t amodo cognoscetis eū: et vidistis eum. **D**icit ei philippus. **D**ñe: ostende nobis patrē et sufficit nobis. **D**icit ei ihesus. **T**anto tpe vobiscū sū et nō cognouistis me? **P**hilippe: qui videt me videt et patrē. **Q**uomō tu dicis ostende nobis patrē? **N**on credis quia ego in patre: et pater in me est? **V**erba que ego loquor vobis: a meip̄o non loquor. **P**ater autē in me manens: ip̄e facit opera. **N**on creditis quia ego in patre: et pater in me est? **A**lioquin p̄ter opera ip̄a credite. **A**men amen dico vobis: qui credit in me opera que ego facio et ip̄e faciet: et maiora horū faciet. **Q**uia ego ad patrē vado: et quocūq; petieritis patrem

in nomine meo hec facia: ut glorificet
 patre in filio. Si quid petieritis me i
 nomine meo hec faciam. Si diligitis
 me: mandata mea servate. Et ego ro-
 gabo patrem et aliu paraclitu dabit
 vobis ut maneat vobiscu i eternu spi-
 ritu veritatis: que mundu no potest ac-
 cipere: quia non videt eu nec scit eum.
 Vos aut cognoscitis eum: qa apud
 vos manebit: et in vobis erit. Non
 relinqua vos orphanos: veniam ad
 vos. Adhuc modicu: et mundus me ia
 non videt. Vos aut videbitis me: qa
 ego vivo et vos vivetis. In illo die
 vos cognoscetis quia ego sum i patre
 meo: et vos in me: et ego i vobis. Qui
 habet mandata mea et servat ea: ille est
 qui diligit me. Qui aut diligit me: di-
 ligetur a patre meo. Et ego diligam
 eum: et manifestabo ei meipm. Dicit
 ei iudas: no ille scariothis. Domine
 quid factu est qa manifestatur es no-
 bis teipm: et non mundo? Respondit
 ihesus: et dixit ei. Si quis diligit me
 sermonu meu servabit: et pater meo di-
 liget eum: et ad eum veniemus: et man-
 sione apud eum faciemus. Qui non di-
 ligit me: sermones meos non servat.
 Et sermo que audistis non est meo:
 sed ei qui misit me patris. Hec locu-
 tus sum vobis: apud vos manens.
 Paraclitus aut spiritus sanctus que
 mittet pater in nomine meo ille vos
 docebit omnia: et suggeret vobis omnia
 quecumq; dixero vobis. Patrem relin-
 quo vobis: pacem meam do vobis.
 Non quomodo mundus dat: ego do vo-
 bis. Non turbetur cor vestru: neq; for-
 midet. Audistis quia ego dixi vobis:
 vado et venio ad vos. Si diligeretis
 me: gauderetis utiq; quia vado ad
 patrem: quia pater maior me est. Et

nunc dixi vobis priusq; fiat: ut cum
 factu fuerit credatis. Nam non multa
 loquar vobiscu. Venit enim princeps
 mundi huius: et in me non habet quicq;
 Sed ut cognoscat mundus qa diligo
 patre: et sicut mandatu dedit michi pater
 sic facio. Surgite: eam hinc.

Ego sum vitis vera: et pater meus
 agricola est. Omne palmitem
 in me non ferentem fructu tollet eum:
 et omne qui fert fructu purgabit eum:
 ut fructu plus afferat. Nam vos mundi
 estis: propter sermonu que locutus sum
 vobis. Manete i me: et ego in vobis.
 Sicut palmes no potest ferre fructu a se-
 metipso nisi manserit in vite: sic nec vos
 nisi in me manseritis. Ego sum vitis:
 vos palmites. Qui manet in me et
 ego in eo hic fert fructu multu: quia si-
 ne me nichil potestis facere. Si quis
 in me non manserit mittetur foras si-
 cut palmes et arescet: et colligetur eum
 et in ignem mittent et ardet. Si man-
 seritis in me et verba mea in vobis ma-
 serint: quocumq; volueritis petetis: et fi-
 erit vobis. In hoc clarificatus est pater
 meus: ut fructu plurimu afferatis: et
 efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit
 me pater: et ego dilexi vos. Manete in
 dilectione mea. Si precepta mea serva-
 veritis manebitis in dilectione mea:
 sicut et ego patris mei precepta servavi:
 et maneo i eius dilectione. Hec locutus
 su vobis: ut gaudiu meu sit in vobis: et
 gaudiu vestru impleatur. Hoc est pre-
 ceptu meu: ut diligatis invicem sicut di-
 lexi vos. Maiore hac dilectione nemo
 habet: q; ut anima sua ponat quis p
 amicus suis. Vos amici mei estis: si se-
 ceritis que ego precipio vobis. Nam no
 dicam vos servos: quia servus nescit
 quid faciat dñs eius. Vos aut dixi

amicos: quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis sed ego elegi vos: et posui vos ut caris et fructum afferatis: et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Nunc mando vobis: ut diligatis invicem. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Memoretote sermonis mei: quem ego dixi vobis. Non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt et vos persecuentur. Si sermonem meum servaverunt: et verum servabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem et locutus fuissetis eis: peccatum non haberent. Nunc autem reprobationem non habent de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt et oderunt: et me et patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit paraclitus quem ego misi a patre spiritu veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis.

Hec locutus sum vobis: ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora: ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non noverunt patrem neque me. Sed hec locutus sum vobis: ut cum venerit hora eorum: reminiscamini: quia ego dixi vobis. Nunc autem vobis ab initio non dixi:

quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis: tristitia implebit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expediat vobis ut et ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et cum venerit: ille arguet mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iusticia vero: quia ad patrem vado: et iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a seipso: sed quecumque audierit loquetur: et que ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annuntiabit vobis. Omnia quecumque habet pater meus sunt. Propterea dixi quia de meo accipiet: et annuntiabit vobis. Modicum et iam non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: et quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Respondit quid loquitur. Cogitavit autem ihesus quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queretis inter vos quia dixi modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudet. Vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Multum enim parit tristitia habet: quia

venit hora ei⁹. Cū autē pepererit puerū
iam non meminēte pressure ppter gau-
diū: quia natus est homo in mundū.
Et vos igitur nunc quidē tristitiam
habetis. Itē autē videbo vos ⁊ gaude-
bit cor vestrū: et gaudiū vestrū nemo
tollet a vobis. Et in illo die me non
interrogabitis quicq̄. Amen amē di-
co vobis: si quid petieritis patrem in
nomine meo dabit vobis. Usq; mo-
do nō petistis quicq̄ in nomine meo.
Petite et accipietis: ut gaudiū vestrū
sit plerū. Hec in puerbīs locut⁹ sum
vobis. Venit hora: cum iam non in
puerbīs loquar vobis: sed palam
de patre annunciabo vobis. In illo
die in nomine meo petetis. Et nō di-
co vobis: quia ego rogabo patrem
de vobis. Ipse enim pater amat vos
q̄a vos me amastis: ⁊ credidistis q̄a
ego a deo exiui. Exiui a patre ⁊ veni in
mūdum: itē relinquo mūdum: ⁊ va-
do ad patrem. Dicunt ei discipuli ei⁹.
Ecce nunc palam loqueris: et puerbi-
um nullū dicis. Nunc scimus quia
scis omnia: ⁊ non opus est tibi ut q̄s
te interroget. In hoc credim⁹: quia a
deo existi. Respondit eis ihesus. Nō
do creditis? Ecce venit hora: ⁊ iam ve-
nit ut dispargamini unusquisq; in p̄ri-
a: ⁊ me solū relinquatis. Et non sum
solus: quia pater mecū est. Hec locut⁹
sum vobis: ut in me pacem habeatis.
In mundo pressuram habebitis: sed
confidite: ego vici mūdum.

Hec locutus est ihesus: ⁊ subleua-
tis oculis in celū dixit. Pater ve-
nit hora: clarifica filiū tuū. ut fili⁹ tu⁹
clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem
omnis carnis: ut omne qd̄ dedisti ei
det eis vitam eternā. Hec est autē vita
eterna: ut cognoscant te solū deū verū:

et quē misisti ihesum cristū. Ego te cla-
rificavi super terrā: opus consumavi:
quod dedisti michi ut faciam. Et nūc
clarifica me tu pater apud semetipm:
claritate quā habui priusq; mūd⁹ fie-
ret apud te. Manifestavi nomē tuū
hominibz: q̄s dedisti michi de mūdō.
Qui erant: ⁊ michi eos dedisti: et sermo-
nem meū seruauerunt. Nūc cognoue-
runt: quia omnia que dedisti michi
abs te sūt. Quia verba q̄ dedisti michi
dedi eis: ⁊ ipsi acceperūt ⁊ cognouerūt
vere quia a te exiui: ⁊ crediderūt q̄a tu
me misisti. Ego pro eis rogo. Nō pro
mūdō rogo: sed p̄ hīs q̄s dedisti mi-
chi: quia tui sunt. Et mea omnia tua
sunt: ⁊ tua mea sunt: ⁊ clarificat⁹ sum
in eis. Etia non sum in mūdō: et hī i
mūdō sunt: ⁊ ego ad te venio. Pater
lande: serua eos in nomine tuo quos
dedisti michi: ut sint unū sicut et nos.
Cum essem cum eis: ego seruabā eos
in nomine tuo. Quos dedisti michi e-
go custodiui: ⁊ nemo ex eis periit nisi
filius p̄ditionis: ut scriptura impleat̄.
Nūc autē ad te venio: ⁊ hec loquor in
mūdō: ut habeāt gaudiū meū imple-
tum in semetipis. Ego dedi eis sermo-
nem tuū: ⁊ mūdus eos odio habuit:
quia nō sunt de mūdō sicut et ego nō
sum de mūdō. Non rogo ut tollas e-
os de mūdō: sed ut serues eos a malo.
De mūdō nō sunt: sicut ⁊ ego non sū
de mūdō. Sanctifica eos in veritate.
Seruo tuus veritas est. Sicut tu me
misisti in mūdum: ita ⁊ ego misi eos
in mundū. Et pro eis ego sanctifico
meipm: ut sint ⁊ ipi sanctificati in veri-
tate. Non pro eis autē rogo tantū: sed
et pro eis qui credituri sunt per verbū
eoz in me: ut omnes unū sint sicut tu
pater in me ⁊ ego in te. ut ⁊ ipi i nobis

unū sine: ut credat mūdus quia tu me
misiſti. Et ego claritatem quā tu dedi-
ſti michi dedi eis: ut sint unū sicut et
nos unū sumus. Ego ī eis ⁊ tu in me:
ut sint cōſūmati in unū: et cognoscat
mūdus quia tu me miſiſti: et dilexiſti
eos sicut ⁊ me dilexiſti. Pater: quōs dedi-
ſti michi volo ut ubi ſū ego ⁊ illi ſint
mecū: ut videant claritatem meā quā
dediſti michi: quia dilexiſti me ante
conſtitutionē mūdi. Pater iuſte: mū-
dus te non cognouit. Ego autē te co-
gnoui: et hī cognouerūt quia tu me
miſiſti. Et notum feci eis nomē tuū ⁊
notum faciā: ut dilectio qua dilexiſti
me ī ipſis ſit: ⁊ ego in ipſis.

Et cum dixiſſet ihelus: egreſſus
eſt cum diſcipulis ſuis trās tor-
rentem cedron ubi erat ort⁹: in quem
introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius. Sciebat
autē ⁊ iudas qui tradet eum locum:
quia frequenter ihelus cōuenerat illic
cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cum
accepſſet cohortem ⁊ a pontificibus et
phariſeis miniſtros: venit illic cū la-
teris ⁊ facibus ⁊ armis. Ihelus itaq;
ſciens omnia que ventura erant ſuper
eū: proceſſit ⁊ dixit eis. Quē queritis?
Reſpōderūt ei. Ihelum nazarenū. Di-
cūt ei ihelus. Ego ſum. Stabat autē
et iudas qui tradet eum cū ipſis. Ut
ergo dixit eis ego ſum: abierūt rector-
ſum ⁊ reciderūt in terram. Iterū ergo
interrogauit eos. Quem queritis? Illi
autē dixerūt. Ihelum nazarenū. Reſpō-
dit ihelus. Dixi vobis: quia ego ſum.
Si ergo me queritis: ſinite hōs abire.
Ut impleteretur ſermo quē dixit: quia
quōs dediſti michi nō pdidi eē eis quer-
it⁹. Simon ergo petr⁹ habens gladiū
eduxit eū: ⁊ percūſit pontificis ſeruū: et
abſcidit eius auriculam dexterā. Erat

autē nomen ſeruī malchus. Dixit er-
go ihelus petro. Mice gladiū tuū in
vaginā. Calicē quē dedit michi pater:
nō bibā illū? Cohors autē ⁊ tribunus
et miniſtri iudeorū cōprehenderūt ihe-
lum: et ligauerūt eū ⁊ adduxerūt eum
ad annā pmū. Erat tū ſocer cayphē:
qui erat pōtiſcē annū illius. Erat autē
cayphas qui conſiliū dederat iudeis:
quia expedit unū hominē mori pro
pōlo. Sequebatur autē ihelum ſimon
petrus: ⁊ alius diſcipulus. Diſcipulus
autē ille erat notus pōtiſci: ⁊ introiit
cum ihelu in atriū pontificis. Petrus
autē ſtabat ad oſtiū foris. Exiit ergo
diſcipulus alius qui erat notus pon-
tiſci: ⁊ dixit oſtiarie: et introduxit pe-
trum. Dicit ergo petro ancilla oſtia-
ria. Nūquid ⁊ tu eē diſcipulis es hōis
iſtius? Dicit ille. Non ſum. Stabat
autē ſeruī et miniſtri ad prunas quia
frigus erat: ⁊ calefaciebant ſe. Erat au-
tem cum eis ⁊ petrus: ſtans ⁊ calefaci-
ens ſe. Pontifcē ergo interrogauit ihe-
lum de diſcipulis ſuis: ⁊ de doctrina e-
ius. Reſpondit ei ihelus. Ego palam
locutus ſum mūdo. Ego ſemp docui
in ſynagoga et in templo quo omnes
iudei conueniūt: ⁊ in occulto locutus
ſum nichil. Quid me interrogas? In-
terroga eos qui audierūt: quid locuti
ſum ipſis. Ecce hī ſciunt: que dixerim
ego. Hec autē cū dixiſſet: unus aſtiſcēs
miniſtrorū dedit alapam ihelu dicens.
Sic reſpōdes pontifici? Reſpondit ei
ihelus. Si male locutus ſum: teſtimō-
niū phibe de malo. Si autē bene: quid
me cedis? Et miſit eum annas ligatū
ad cayphan pontificem. Erat autem
ſimon petrus ſtās: ⁊ calefaciens ſe. Di-
xerūt ergo ei. Nūquid ⁊ tu eē diſcipulis
eius es? Reſpōdit ille ⁊ dixit. Nō ſum.

Dixit vnus ex seruis pontificis: cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam. Nonne ego te vidi in orto cum illo. Iterum ergo negauit petrus: et statim gallus cantauit. Adducunt ergo ihesum ad cayphan in pretorium. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in pretorium ut non contaminarentur: sed ut manducarent pascha. Exiit ergo pilatus ad eos foras et dixit. Quam accusationem afferis aduersus hominem hunc? Responderunt: et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissent eum. Dicit ergo eis pilatus. Accipite eum vos: et secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo ihesu impleretur quem dixit: significans qua morte esset moriturus. Introiit ergo iterum in pretorium pilatus: et vocauit ihesum: et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Respondit ihesus. A te ipsis hoc dicitis: an alij dixerunt tibi de me? Respondit pilatus. Numquid ego iudeus sum? Hebraeus et pontifices tradiderunt te michi. Quid fecisti? Respondit ihesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei utique decertarent ut non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dicit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu? Respondit ihesus. Tu dicitis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum: et ad hoc ueni in mundum: ut testimonium perhibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit uocem meam. Dicit ei pilatus. Quid est ueritas? Et cum hoc dixisset: ite exiit ad iudeos: et dicit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis: ut unum dimittam uobis in pascha. Uultis ergo dimittam uobis regem iudeorum? Clamauerunt ergo rursus omnes

dicentes. Non hunc: sed barraban. Erat autem barrabas latro. **U**nc ergo apprehendit pilatus ihesum: et flagellauit. Et milites placentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: et ueste purpurea circumdederunt eum. Et ueniebant ad eum: et dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiit iterum pilatus foras: et dicit eis. Ecce adduco uobis eum foras: ut cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiit ergo ihesus portans spineam coronam: et purpureum uestimentum. Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo uidisset eum pontifices et ministri: clamabant dicentes. Crucifige: crucifige eum. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos: et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei iudei. Nos legem habemus: et secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem: magis timuit. Et ingressus est in pretorium iterum: et dicit ad ihesum. Unde es tu? Ihesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Michi non loqueris? Melius quia potestatem habeo crucifigere te: et potestatem habeo dimittere te? Respondit ihesus non haberes potestatem aduersum me ullam: nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi manus peccatum habet. Et exinde querebat pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis: non es amicus cesaris. Quis enim qui se regem facit contradicit cesari. Pilatus autem cum audisset hos sermones adduxit foras ihesum: et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostratos. hebraice autem gabatha. Erat autem parasceue pasche: hora quasi sexta: et dicit iudeis. Ecce rex uester. Illi

aũt clamabāt. Tolle tolle: crucifige eũ.
Dicit eis pilatus. Regem uestrũ crucifigam? Respõdērūt pontifices. Nõ habem⁹ regem: nisi cesarem. Tũc ergo tradidit eis illũ: ut crucifigeret. Suscepērūt aut̃ ihesum: ⁊ eduxerūt. Et hauriens sibi crucem egit in eum qui dicitur caluarie locũ: hebraice golgotha. Ubi crucifixerūt eum: ⁊ cum eo alios duos hinc ⁊ hinc: mediũ aut̃ ihesum. Scripsit aut̃ ⁊ titulũ pilatus: ⁊ posuit sup̃ crucẽ. Erat aut̃ scriptũ: ihesus nazarenus rex iudeorũ. Hunc ergo titulũ multi iudeorũ legerūt: quia p̃p̃e ciuitatem erat loc⁹ ubi crucifixus ẽ ihesus. Et erat scriptũ hebraice grece ⁊ latine. Dicebāt ergo pilato p̃ntifices iudeorũ. Noli scribere rex iudeorũ: sed q̃a ipse dixit: rex sum iudeorũ. Respõdit pilat⁹. Nõ scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eũ accepērūt uestimenta eius: ⁊ fecerūt quatuor partes: unicuiq; militi partem. ⁊ tunicam. Erat aut̃ tunica incõsulilis: desup̃ cõtegeta per totũ. Dixerūt ergo ad inuicem. Non scindam⁹ eam: sed sortiamur de illa cui⁹ sit. Ut scriptura impleteretur dicens. Partiti sunt uestimenta mea sibi: et in uestem meam miserũt sortem. Et milites quidem hec fecerūt. Stabant aut̃ iuxta crucem ihesu mater eius: et soror matris eius maria cleophe ⁊ maria magdalenæ. Cum uidisset ergo ihesus matrem et discipulũ stantem quem diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulo sua. Postea sciens ihesus quia omnia consummata sũt: ut consummaretur scriptura dicit. Sitio. Vas ergo erat positũ aceto plenuũ. Illi aut̃ plena aceto spõgiã ylopo circũponētes: obtulerūt

oĩ eius. Cum ergo accepisset ihesus acetũ dixit. Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritũ. Iudei ergo quoniam parasceue erat ut nõ remanerent in cruce corpora sabbato: erat enim mag⁹ dies ille sabbati: rogauerunt pilatum ut frangerent eorũ cruce et tollerent. Veniunt ergo milites: ⁊ primi quidem fecerūt cruce: et alteri⁹ qui crucifixus est cum eo. Ad ihesum aut̃ cum uenissent. ut uiderent eum iã mortuũ non fecerunt eius cruce: sed utrus militũ lancea lacus eius aperuit: ⁊ conuulsus egit sanguis ⁊ aqua. Et qui uidit testimoniũ phibuit: ⁊ uerum est testimoniũ eius. Et ille scit q̃a uera dicit: ut ⁊ uos credatis. Facta sũt etiã hec: ut scriptura impleteretur. Nõ nõ cõminuetis eũ eo. Et iterũ alia scriptura dicit. Uidebũt in quem transixerunt. Post hec aut̃ rogauit pilatum ioseph ab arimathia eo q̃ esset discipulus ihesu: oculus aut̃ p̃pter metũ iudeorũ: ut tolleret corpus ihesu. Et permisit pilatus. Venit ergo: et tulit corpus ihesu. Venit aut̃ ⁊ nicodemus q̃ uenerat ad ihesum nocte p̃mũ: ferens mixturam mirre et aloes quasi libras centũ. Accepērūt ergo corpus ihesu: et ligauerūt eũ lintheis tũ aromatibus sicut mos est iudeis sepelire. Erat aut̃ in loco ubi crucifixus est ortus: ⁊ i orto monumentũ nouũ in quo nondum quisq; positus erat. Ubi ergo p̃pter parasceuen iudeorũ: quia iuxta erat monumentũ posuerūt ihesum.

Una aut̃ sabbati maria magdalenæ uenit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentũ: ⁊ uidit lapidem sublatũ a monumento. Lucurrit ergo ⁊ uenit ad simonẽ petrũ: ⁊ ad aliũ discipulũ quem amabat ihesus: et

dicite illis. Tulerunt dominum de monu-
mento: et nescimus ubi posuerunt eum. Eg-
it ergo petrus et ille alius discipulus: et
venerunt ad monumentum. Currebant au-
tem duo simul: et ille alius discipulus
præcurrebat citius petro: et venit primus ad
monumentum. Et cum se inclinasset vi-
dit posita linteamina: non tamen intro-
iuit. Venit ergo simon petrus sequens eum:
et introiit in monumentum. Et vidit linthe-
amina posita: et sudarium quod fuerat
super caput eius non cum lintheaminibus
positum: sed separatim inuolutum in unum
locum. Tunc ergo introiit et ille discipu-
lus qui uenerat primus ad monumē-
tum: et vidit et credidit. Non enim enim
sciebant scripturam: quia oportuit eum
a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum
discipuli ad semetipsos. Maria autem
stabat ad monumentum foris plorans.
Dum ergo fleeret: inclinauit se et prospex-
it in monumentum. Et vidit duos an-
gelos in albis sedentes: unum ad caput
et unum ad pedes: ubi positum erat corpus
ihesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras?
Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum:
et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum di-
xisset conuersa est retrorsum: et vidit ihe-
sum stantem: et non sciebat quia ihesus est.
Dicit ei ihesus. Mulier quid ploras?
Quæ queris? Illa existimans quia or-
tulanus esset: dicit ei. Domine: si tu su-
stulisti eum dicito michi ubi posuisti
eum: et ego eum tollam. Dicit ei ihesus.
Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabbo-
ni: quod dicitur magister. Dicit ei ihesus.
Noli me tangere. Non enim enim ascendi
ad patrem meum. Vade autem ad fratres
meos: et dic eis. Ascendo ad patrem
meum et patrem vestrum: deum meum et deum
uestrum. Venit maria magdalene an-
nuncians discipulis quia uidi dominum:

et hec dixit michi. Cum ergo sero esset
die illo una sabbatorum et fores essent
clausæ ubi erant discipuli congregati propter
metum iudeorum: uenit ihesus et stetit in
medio: et dixit eis. Pax uobis. Et cum
hec dixisset: ostendit eis manus et la-
tus. Hausti sunt ergo discipuli: uiso do-
mino. Dixit ergo eis iterum. Pax uobis.
Sicut misit me pater: et ego mitto uos.
Hec cum dixisset insufflauit: et dicit eis.
Accipite spiritum sanctum. Quorum remissi-
tis peccata remittentur eis: et quorum reti-
neretis retenta sunt. Thomas autem
unus ex duodecim qui dicitur didimus
non erat cum eis quando uenit ihesus.
Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus
dominum. Ille autem dixit eis. Nisi uidero
in manibus eius fixuram clauorum: et mitte-
ram digicum meum in locum clauorum: et mitte-
ram manum meam in latus eius: non cre-
dam. Et post dies octo iterum erant disci-
puli eius intus: et thomas cum eis. Venit
ihesus ianuis clausis: et stetit in medio
et dixit eis. Pax uobis. Deinde dicit
thome. Infer digicum tuum huc et uide ma-
nus meas: et affer manum tuam et mitte
in latus meum: et noli esse incredulus sed
fidelis. Respondit thomas et dixit. Do-
minus meus: et deus meus. Dicit ei ihesus.
Quia uidisti me thoma credidisti: be-
ati qui non uiderunt et crediderunt. Multa
quidem et alia signa fecit ihesus in con-
spetu discipulorum suorum: que non sunt
scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt
ut credatis quia ihesus est filius dei: et ut cre-
dentes uitam habeatis in nomine eius.

Postea manifestauit se iterum ihesus
ad mare tyberiadis. Manifesta-
uit autem sic. Erant enim simon petrus
et thomas qui dicitur didimus et nachana-
el qui erat a chana galilee: et filij zebedei:
et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis

simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum. Et egierunt et ascenderunt in nauim: et illa nocte nichil prendiderunt. Mane autem iam facta stetit ihesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia ihesus est. Dicit ergo eis ihesus. Pueri: numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei. Non. Dicit eis. Miserte in decem nauigij rete: et inuenietis. Miserunt ergo: et iam non valebant illud trahere pro multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihesus petro. Dominus est. Simon petrus cum audisset quia dominus est: tunica succinxit se: erat enim nudus: et misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio uenerunt. Non enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram uiderunt prunas positas: et piscem superpositum et panem. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon petrus et traxit rete in terram: plenum magnis piscibus centumquingenta tribus. Et cum tanti essent: non est scissum rete. Dicit ei ihesus. Venite prandete. Et nemo audebat discubentium interrogare eum tu quis es: sciens quia dominus est. Et uenit ihesus et accepit panem et dat eis: et pisce similiter. Hoc iam tertio manifestatus est ihesus discipulis suis: cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandidisset: dixit simoni petro ihesus. Simon iohannis diligis me plus hijs? Dicit ei. Etiam domine tu scis: quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon iohannis diligis me? Ait illi. Etiam domine tu scis: quia amo te. Dicit ei iterum. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon iohannis amas me? Contristatus est

petrus quia dixit ei tertio amas me: et dicit ei. Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te: et ambulabas ubi uolebas. Cum autem senueris extendes manus: et alius te cinget: et ducet quo tu non uis. Hoc autem dixit: significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset: dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus uidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem: qui et recubuit in terra super pedus eius et dixit: domine quis est qui tradet te. Tunc ergo cum uidisset petrus: dicit ihesu. Domine: hic autem quid? Dicit ei ihesus. Sic eum uolo manere: donec ueriam. Quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei ihesus non moritur: sed sic eum uolo manere donec ueriam: quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de hijs: et scripsit hec. Et sciens: quia uerum est testimonium eius. Sunt autem et alia multa que fecit ihesus: que si scribantur per singula nec ipse arbitratur mundum capere posse eos que scribendi sunt libros.

*Ex hinc euang
lium secundum iohannem iuxta prefatus
in omnes uisus scripti. In romanis*

Hoc autem querit: quare post euangelia que supplementum legis sunt: et in quibus nobis exempla et precepta uivendi plenissime digesta sunt: uoluerit apostolus has epistolas ad singulas ecclesias destinare. Hoc autem causa factum uidetur: ut scilicet inuicia nascentis ecclesie nouis causis existentibus preueniret: et ut presentia atque orientia resceret uicia: et post futuras excluderet questiones: exemplo prophetarum: qui post

editam legem moysi in qua omnia dei mandata legebantur: nichilominus tamen doctrina sua rediuisa semper populi compeffere peccata: et propter exemplum vivendi libros ad nostram etiam memoriam transmiserunt. Deinde queritur: cur non amplius quam decem epistolas ad ecclesias scripserit. Decem sunt etenim ea que dicitur ad hebreos: nam relique quatuor ad discipulos specialiter sunt porrecte. Ut ostenderet novum non discrepare a veteri testamento. et se contra legem non facere moysi: ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas destinavit: et quod ille preceptis a pharaone instituit liberatos: tandem epistolis a dyaboli et ydolatrie servitute edoceret acquiritos. Nam et duas tabulas lapideas. duorum testamentorum figuram habuisse. viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane que ad hebreos scribitur quidam pauli non esse affirmant. eo quod non sit eius nomine titulata. et propter sermonis stilique distantiam: sed ut barnabe iuxta tertullianum aut luce iuxta quosdam: vel certe demetrius discipuli apostolorum et episcopi romane ecclesie post apostolos ordinati. Quibus respondendum est: si propterea pauli non erit quia eius non habet nomen: ergo nec alicuius erit: quia nullius nomine titulatur. Quod si inconueniens absurdumque est: ipsius magis esse credenda est que tanto doctrine sue fulget eloquio. Sed quoniam apud hebreorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspitione habebatur: voluit tacito nomine de figuris legis. et veritate tribu reddere rationem: ne odium nominis. fronte placiditate excluderet lectionis. Non est sane mirum si eloquentior videatur in propriis. id est hebreo quam in peregrino

id est in greco: quo ceterae epistole sunt scripte sermone. Nonquet etiam quosdam quare romanorum epistola in primo sit posita: cum eam non primo scriptam ratio manifestet. Nam hanc se pharisaeum iherosolimam scripsisse testatur: cum corinthios et alios iam ante ut ministerium quod secum portatur erat colligerent litteris adhortatur sit. Sed inde intelligi quidam volunt ita omnes epistolas ordinatas. ut prima ponere quavis posterior fuerit destituta: ut per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum namque plerique tam rudes erant. ut non intelligerent dei se gratia. et non suis meritis esse salvatos: et ob hoc duo iter se populi ostenderent. Quodcirco illos indigere affectu corrigi: vicia gentilitatis priora commemorans. Corinthios autem iam dicit scientie gratiam esse concessam: et non tam omnes increpat: quam cur peccantes non increpauerunt reprehendit sicut ait. Audiat inter vos fornicatio. Et iterum. Congregatis vobis cum meo spiritu: tradete huiusmodi sathane. In secunda vero laudatur: et ut magis ac magis proficiant commoneat. Galathe vero iam nullius criminis arguunt: nisi hoc tantum. quod callidissimis pseudo apostolis crediderunt. Ephesii sane nulla reprehensione sed multa laude sunt digni: quia fide apostolicam seruauerunt. Philixenses etiam multo magis collaudantur: qui nec audire quidem falsos apostolos voluerunt. Thessaloniceuses nichilominus in duabus epistolis omni laude persequitur: eo quod non solum fidem incussam seruauerunt veritatis: sed etiam in persecutione cuius fuerint constantes inuenti. Colossenses autem tales erant: ut cum ab apostolo visum corporaliter non

fuisse: hac laude digni haberentur. Et si corpore inquit absens sum: sed spiritu vobiscum sum gaudens. et videns ordinem vestrum. De hebreis vero quid dicendum est. quorum thessalonicenses quae plurimum laudati sunt. imitatores facti esse dicuntur. Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei. que sunt in iudea: eadem enim passi estis et vos a contribulibus vestris: que et illi a iudeis. Apud ipsos quoque hebreos eadem commemorat dicens. Nam et vindictis compassi estis: et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam. *Explicit prologus generalis in omnes principes prologus de*

Romani sunt qui ex iudeis et gentibus crediderunt. Quibus supra contentione volebant se alterutrum supponere. Nam iudei dicebant. Nos sumus populus dei: quos ab initio dilexit et fovit: nos circumcisi ex genere abraham. sancta descendimus ex stirpe: et notus retro apud iudeam tantum deus. Nos de egipto signis dei et virtutibus liberati mare sicco pertransivimus pede: cum inimicos nostros gravissimi fluctus involveret. Nobis pluit manna dominus in deserto: et quasi filijs suis celeste pabulum ministravit. Nos die noctumque in calumna nubis ignisque precessit: ut nobis in invisum iter ostenderet. Atque ut cetera eius circa nos innumera beneficia taceamus: nos soli digni sumus dei legem accipere. et vocem dei loquentis audire: eiusque cognoscere voluntatem. In qua lege nobis promissus est christus: ad quos etiam ipse se venisse testatus est dicens. non veni nisi ad oves que perierunt domus israel:

cum vos canes potius quam homines appellaverit. Equum ne ego est ut ydola hodie deserentes. quibus ab initio deseruistis. nobis comparemini: et non potius in presertim locum et legis auctoritate et consuetudine deputemini. Et hoc ipsum non mcebamini: nisi quia larga semper dei clementia voluit vos ad nostram imitationem admittere. Benefices etiam contrario respondebant. Quanto enim maiora erga vos dei beneficia narraueritis: tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis. Semper enim hijs omnibus egitistis ingrati. Nam ipsis pedibus quibus aridum mare transistis. ludebatis ante ydola que fecistis: et ipso ore quo paulo ante ob necem aduersarios dominum cataveratis: simulacra vobis fieri poposcistis: illis oculis quibus venerando deum in nube vel igne conspiceretis solebatis: simulacra intuebamini. Nam a quoque vobis fastidio fuit: et semper in deserto contra dominum murmurastis: ad egiptum unde vos manu valida eiecerat redire cupientes. Quid plura. Ita patres vestri crebra precatione dominum rogarunt: ut omnes in heremo morerentur: nec plus ex senioribus eorum quam duo homines terram repromissionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus: cum etiam si illa minime fecissetis. de hoc solonemo vos dignos verum iudicaret. quod dominum christum prophetam semper vobis vobis repromissum non solum suscipere nolulistis sed etiam morte pessima permistis. Quem ut nos cognovimus statim credidimus: cum nobis de eo antea non fuerit predicatum. Unde placuit: quod ydolis servivimus. non obstinationi mentis. sed ignorantie deputandum. Qui tamen cognitum ilico sequimur: olim

utiq; sequeremur si antea cognovissemus. Sic autē vos de gentis nobilitate iactatis: quasi nō morū imitatio magis q̄ carnalis natiuitas filios vos faciat esse sanctorū. Deniq; elau & ysmatyl cū de stirpe sine abrahe: minime tamen in filios reputant. Hīs taliter altercantiſ. apostoſus se mediū interponens: ita partiū dirimit queſtiones. ut neutrū eorū ſua iuſticia ſalutē meruiſſe cōfirmet: ambos vero p̄ſos et ſciēter & grauiter deliquiſſe: iudeos q̄ per p̄uaricationē legis deū inhonorauerint: gentes vero q̄ cū cognitū de creatura creatorem ut deū debuerit venerari. gloriā eius in manufacta mutauerint ſimulacra: utroſq; etiā ſimiliter veniā cōſecutos. equalis eſſe veraciffima ratione demonſtrat: p̄ſecutum in eadē lege p̄didum & iudeos et gentes ad x̄iſti fidem vocandos eſſe oſtendet. Quamobrem viciffim eos humilians: ad pacem et concordiam cohortatur.

Romani ſūt partis p̄ſalie. Hī p̄uenti ſunt a falſis apoſtoliſ: & ſub nomine dñi noſtri ihēſu x̄iſti in legem & p̄phetas erant induci. Hos reuocat ap̄ſus ad verā & euāgelicā fidē ſcribēs eiſ a corinth.

Aulus ſeruus ihēſu x̄iſti. vocat⁹ ap̄ſus ſegregans in euāgelium dei. qđ ante p̄miferat per p̄phetas ſuos i ſcriptur' ſanctis de filio ſuo. qui factus ē ei ex ſemine dauid ſcđm carnē: qui p̄deſtinat⁹ eſt filius dei in uirtute ſcđm ſpiritum

ſanctificationis et reſurrectione mortuorū ihēſu x̄iſti dñi nr̄i: p̄ quē accepiſmus gratiā et apoſtulatū ad obediendum fidei in omnibz gētibus pro nomine eius: in quibz eſtis & vos vocati ihēſu x̄iſti: omnibus qui ſunt comedilectis dei vocatiſ ſanctis. Gratis uobis & pax a deo patre & dño nr̄o ihēſu x̄iſto. Primum quidē gratias ago deo meo per ihēſu x̄iſtū pro omnibz uobis: quia fides v̄ra annūciatur in uniuerso mūdo. Teſtis enim michi eſt deus cui ſeruio in ſp̄ritu meo in euāgelio filij eius: q̄ ſine intermiſſione memoriā ueſtri facio ſemp in orationibus meis: obſecrans ſi quo modo tandem aliquando p̄ſpecū iter habeā in uolūtate dei ueniendi ad uos. Deſidero enī uidere uos: ut aliquid impertiar uobis gratie ſpiritualis ad confirmādos uos: id eſt ſimul conſolari in uobis per eam que inuicem eſt fidem ueſtrā atq; meam. Nolo autē uos ignorare fratres: qđ ſepe p̄poſui uenire ad uos et p̄hibi⁹ ſum uſq; adhuc: ut aliquē ſcutū habeā in uobis ſicut & in ceteris gentibus. Grecis ac barbaris ſapientibus & inſipientibz debitor ſum: ita qđ qđ in me p̄mptū ē et uobis qui comedilectis euāgelizare. Nō enim erubefco euāgelium. Virtus enī dei eſt in ſalutē omni credenti: iudeo primū et greco. Iuſticia enim dei i eo reuelatur et fide in fidem: ſicut ſcriptū eſt. Iuſt⁹ autem et fide uiuit. Reuelatur enim ira dei de celo ſup omnē impietate et iniuſticiā hominū: eorū qui ueritate dei i iniuſticia detinēt: qđ qđ notū ē dei manifeſtū eſt i illis. Deus enī illis reuelauit. Inuiſibilia enī ipſi⁹ a creatura mūdi per ea q̄ facta ſūt intellecta cōſpiciunt: ſempiterna quoq; eius uirt⁹ et diuinitas:

ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipientis cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes: stulti facti sunt. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: et volucrum et quadrupedum et serpentium. Propter quod tradidit illos deus in desiderio cordis eorum in immunditiam: ut contumelijs afficiat corpora sua in semetipsis. Qui commutaverunt veritatem dei in mendacium: et coluerunt et servierunt creature potius quam creatori: qui est benedictus in secula amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam femine eorum immutaverunt naturalem usum: in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desiderijs suis in invicem: masculi in masculos turpitudinem operantes: et mercedem quam oportuit recipere sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probaverunt deum habere in noticia: tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant ea que non conveniunt: repleti omnium iniquitate. malicia. fornicatione. avaricia. nequitia. pleni invidia. homicidijs. contentione. dolo. malignitate. susurriones. detractores. deo odibiles: contumeliosos. superbos. elatos. invidiosos. malorum parentibus non obedientes: insipientes. incompotentes. sine affectione. absque fide: sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognovissent. non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte: non solum qui ea faciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus.

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In qua

etiam iudicas alterum: teipsum condemnas. Eadem enim agis que iudicas. Scimus enim: quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea: quia tu effugis iudicium dei? An divitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impenitentiam cor thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicij dei: qui reddet unicuique secundum opera eius. Uis quidem qui secundum patientiam boni operis: gloriam et honorem et incorruptionem querentibus vitam eternam. Uis autem qui sunt ex contentione et qui non acquiescunt veritati. credunt autem iniquitati. et indignatio. tribulatio. et angustia in omnem animam hominis operantis malum: iudei primum et greci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum: iudeo primum et greco. Non enim est acceptio personarum apud deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt. sine lege peribunt: et quicumque in lege peccaverunt: per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsorum et inter se in invicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium: in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per iesum christum. Si autem tu iudeus cognominaris et requiescis in lege. et gloriaris in deo et nostri voluntatem eius. et probas

utiliora instructus p̄ legem. cōfidis te
ip̄m esse ducem cecorū. lumen corū qui
in tenebris sunt. eruditorē insipientiū.
magistrū infantiū. habentem formā
scientie & veritatis in lege: qui ergo ali-
um doces teip̄m non doces. Qui p̄di-
cas nō furandū furaris: qui dicis nō
mechandū mecharis. Qui abomina-
ris ydola: sacrilegiū facis. Qui in lege
gloriaris: per p̄uaricationē legis deū
inhonoras. Nōmē enim dei per vos
blasphematur inter gētes: sicut scriptū
est. Circūcisio quidem p̄dest si legem ob-
serues: si autē p̄uaricator legis sis: cir-
cūcisio tua p̄puciū facta est. Si igitur
p̄puciū iusticias legis custodias: nōne
p̄puciū illius in circūcisionem reputa-
bitur? Et iudicabit id qd̄ te natura ē
p̄puciū legem cōsummans te: qui
per litteram et circumcissionem p̄ua-
ricator legis es. Nō enim qui in ma-
nifesto iudeus est neq; qui in mani-
festo in carne est circūcisio: sed qui in
abscondito iudeus est et circūcisio
cordis in spiritu nō littera: cuius laus
non te hominibus sed te deo est.

Quid ergo amplius iudeo est. aut
q̄ utilitas circūcisionis? Multū
per omnē modū. Primū quidē:
q̄a credita sūt illis eloquia dei. Quid
enim si quidā illorū nō crediderunt?
Nūquid incredulitas illorū fidem dei
euacuauit? Absit. Est autē de⁹ verax:
omnis autē homo mendax sicut scri-
ptum est: ut iustificeris in sermonibus
tuis & vincas cum iudicaris. Si autē
iniquitas nostra iusticiā dei cōmēdat:
quid dicemus? Nūquid iniquus est
deus: qui infert iram? Secundū homi-
nem dico. Absit. Alioquin quomodo
iudicabit deus hunc mundū? Si enī
veritas dei ī meo mēdacio abundauit

in gloriā ipsius: quid adhuc et ego
tamq̄ peccator iudicor & nō sicut blas-
phemamur. et sicut anime quidā nos
dicere. faciam⁹ mala ut veniāe bona?
Quorū damnatio iusta ē. Quid ergo?
Prececlim⁹ eos? Nequaquē. Lausati e-
nim sumus iudeos et grecos omnes
sub peccato esse: sicut scriptū est. Quia
non est iustus quisq̄: non ē intelligēs:
non est requirens deū. Omnes declina-
uerūt simul inuiles facti sunt: non est
qui faciat bonum nō est usq; ad unū.
Sepulcrum patens est guttur eorum:
linguis suis dolose agebant: uentri
aspidum sub labijs eorū. Quorū os
maledictione & amaritudine plenum
est: ueloces pedes eorum ad effunden-
dum sanguinē. Conteritio & infelicitas
in uis eorū: et uiam pacis nō cognou-
erūt: non est timor dei ante oculos e-
orū. Scimus autē. quoniā quecumq;
legē loquitur hīs qui in lege sūt loqui-
tur? Ut omne os obstruatur & subdi-
tus fiat omnis mundus deo: quia te
operibz legis nō iustificabit omnis ca-
ro corā illo. Per legem enī cognitio pec-
cati. Nūc autē iusticia dei sine lege ma-
nifestata est: restituta a lege & p̄phetis.
Iusticia autē dei per fidem ihesu cristi:
in omnes & sup omnes qui credūt in
eum. Non enim est distansio. Omnes
enim peccauerunt: et egent gloriā dei.
Iustificati gratis p̄ gratiā ipsius p̄ re-
dēptionē que ē in cruce ihesu: que p̄p-
sunt deus p̄piciatorem per fidem ī san-
guine ipsius ad ostensionē iusticie sue
propter remissionē p̄cedentiū delictorū
in sustentatione dei ad ostensionē ius-
ticie eius in hoc tempore: ut sit ipse
iustus et iustificans eū q̄ te fide est ihe-
su cristi. Ubi est ergo gloriatio tua? Ex-
clusa est. Per quā legē? factorū? Nō.

Sed per legem fidei. Arbitramur enim
iustificari hominem per fidem: sine operi-
bus legis. An iudeorum deus tantum?
Nonne et gentium? Numquid et gentium.
Quoniam quidem unus est deus qui iusti-
ficat circumcisionem et fide. et imputat per
fidem. Legem ergo deservimus per fidem?
Absit. Sed legem statuimus.

Quid ergo dicemus inuenisse abra-
ham patrem nostrum secundum carnem?
Si enim abraham et operibus iustifi-
catus est. habet gloriam: sed non apud
deum. Quid enim scriptura dicit? Cre-
didit abraham deo: et reputatum est illi
ad iusticiam. Et autem qui operatur. mer-
ces non imputatur secundum gratiam: sed
secundum debitum. Et vero qui non opera-
tur. credenti autem in eum qui iustificat
impiam reputatur fides eius ad iustici-
am secundum positum gratie dei: sicut et
dauid dicit beatitudinem hominis cui
deus accepto fert iusticiam sine operibus.
Beati quorum remisse sunt iniquitates:
et quorum recta sunt peccata. Beatus vir
cui non imputabit dominus peccatum. Bea-
tudo ergo hec in circumcisione ma-
net: an etiam in imputatio? Dicimus enim: quia
reputata est abrahe fides ad iusticiam.
Quomodo ergo reputata est? In circūci-
sione: an in imputatio. Non in circūci-
sione: sed in imputatio. Et signum accepit circūci-
sionis signaculum iusticie fidei que est in imputatio:
ut sit pater omnium credentium per prepu-
tium: ut reputetur et illis ad iusticiam. Et
sit pater circūci-
sionis: non hijs tantum
qui sunt et circūci-
sione: sed et hijs qui
sectantur vestigia fidei que est in prepu-
tium patris nostri abrahe. Non enim per le-
gem promissio abrahe aut semini eius
ut heres esset mundi: sed per iusticiam fidei.
Si enim qui et lege heredes sunt. egua-
nitas est fides: oblita est promissio. Leg enim

nam operatur. Vbi enim non est leg:
nec promissio ideo et fide: ut secundum
gratiam firma sit promissio omni semini.
Non enim qui et lege est solus: sed et ei
qui et fide est abrahe qui est pater om-
nium nostrum: sicut scriptum est. Quia
patrem multarum gentium posui te ante
deum cui credidisti: qui vivificat mortu-
os: et vocat ea que non sunt tanquam ea
que sunt. Qui contra spem in spem cre-
didit: ut fieret pater multarum gentium:
secundum quod dictum est ei. Sic erit semen
tuum: sicut stelle celi et arena maris. Et
non infirmatus est in fide: nec consi-
deravit corpus suum emortuum. cum iam
fere centum esset annorum: et emortuam vulvam
sare. In re promissione etiam dei non he-
sitavit diffidentia: sed confortatus est
fide dans gloriam deo: plenissime sciens.
quia quecumque promissit deus potens est
et facere. Ideo et reputatum est illi ad i-
usticiam. Non est autem scriptum tantum propter
ipsum quia reputatum est illi ad iustici-
am: sed et propter nos quibus reputabi-
tur credentibus in eum qui suscitavit ihe-
sum christum dominum nostrum a mortuis: qui tra-
ditus est propter delicta nostra. et resurrexit
propter iustificationem nostram.

Iustificati ergo et fide pacem habeamus
ad deum per dominum nostrum ihesum christum:
per quem habemus accessum per fidem in
gratiam istam: in qua stamus et gloria-
mur in spe glorie filiorum dei. Non solum
autem: sed et gloriamur in tribulationibus:
scientes quod tribulatio patientiam opera-
tur: patientia autem probationem: probatio
vero spem. Spes autem non confundit:
quia caritas dei diffusa est in cordibus
nostris: per spiritum sanctum qui datus est
nobis. Ut quid enim tristis cum adhuc
infirmi essemus secundum tempus pro impijs
mortuus est? Vix enim pro iusto quis

moritur. Nam p̄ bono forsitan quis
 audeat mori. Comendat autē caritatē
 suam deus in nobis: quoniam cum
 adhuc peccatores essemus secundum
 tempus cr̄istus p̄ nobis mortuus est.
 Multo igitur magis nunc iustificati
 in sanguine ipsius salui erim⁹ ab ira
 per ipsum. Si enim cum inimici esse-
 mus reconciliati sumus deo. p̄ mor-
 tem filij eius: multo magis reconcilia-
 ti salui erimus in vita ipsius. Nō so-
 lum autē: sed ⁊ gloriamur in deo per
 dñm nostrū ihesum cr̄istū: p̄ quē nūc
 reconciliatiōnē accepimus. Propterea
 sicut p̄ unū hominē peccatū in hunc
 mūdum intravit ⁊ per peccatū mors:
 et ita ī omnes hōmines mors p̄trāsit: ī
 quo omnes peccauerūt. Usq; ad legē
 enim peccatū erat in mūdo. Peccatū
 autē non imputabāt cum legē nō esset:
 sed regnauit mors ab adam usq; ad
 moysen. etiā in eos qui non peccaue-
 runt ī similitudinē p̄uaritatis adē:
 qui est forma futuri. Sed non sicut de-
 lictū: ita ⁊ donū. Si enim unū delictū
 multi mortui sunt: multo magis gra-
 tia dei et donū. ī gratia unū hōminis
 ihesu cr̄isti. in plures abundauit. Et
 nō sicut p̄ unū peccatū: ita et donum.
 Nam iudiciū ē uno in condemnationē:
 gratia autē ē multis delictis in
 iustificationē. Si enim unius delictū
 mors regnauit p̄ unū: multo magis
 abundantia gratie et donationis et
 iusticie accipientes in uita regnabunt
 per unū ihesum cr̄istum. Igitur sicut
 per unū delictū in omnes homines ī
 cōdamnationē: sic ⁊ per unū iusticiā
 in omnes homines in iustificationē
 uite. Sicut enim per ī obediētiā
 unius hōminis peccatores constitui
 sunt multi: ita et p̄ unū obediētiā

iusti constituentur multi. Legē autē sub-
 intravit: ut abundaret delictū. Vbi au-
 tem abundauit delictū. superabundauit
 gratia: ut sicut regnauit peccatū ī mor-
 tem. ita ⁊ gratia regnet p̄ iusticiā ī uitā
 eternā: p̄ ihesū cr̄istū dñm nr̄m.

Muid ergo dicem⁹? Manebimus
 in peccato: ut gratia abundet?
Absit. Si enim mortui sum⁹ peccato:
 quomō adhuc uiuem⁹ in illo? An i-
 gnoratis fratres: quia quicumq; bap-
 tizati sum⁹ in cr̄isto ihesu ī morte ipsi⁹
 baptizati sum⁹? Consepulti etiā sum⁹
 cū illo p̄ baptismū in mortem: ut quo-
 modo cr̄istus surrexit a mortuis per
 gloriā patris: ita et nos in nouitate
 uite ambulem⁹. Si enim cōplantati
 facti sumus similitudini mortis ei⁹:
 simul et resurrectionis erim⁹. Hoc sciē-
 tes: quia uetus homo noster simul cru-
 cifixus ē ut destruat corpus peccati:
 ut uicta non seruiam⁹ peccato. Qui e-
 nim mortuus est: iustificatus est a pec-
 cato. Si autē mortui sumus cū cr̄isto
 credim⁹ quia simul etiā uiuemus cum
 cr̄isto: eo sciētes qd cr̄istus resurgens
 a mortuis iam non moritur: mors
 illi ultra nō dñabitur. Quod etiā mor-
 tuus est peccato. mortu⁹ est semel: qd
 autem uiuit uiuit deo. Itā ⁊ uos existi-
 mate uos mortuos quidē esse peccato:
 uiuentes autē deo in cr̄isto ihesu. Nō
 ergo regnet peccatū in uestro mortali
 corpore: ut obediatis concupiscentijs
 eius. Sed neq; exhibeatis membra ue-
 stra arma iniquitatis peccato: sed ex-
 hibete uos deo tanq; ē mortuis uiue-
 tes: ⁊ membra uestra arma iusticie deo.
 Peccatū enim uobis nō dñabit. Nō
 etiā sub lege estis: sed sub gratia. Quid
 ergo? Peccabim⁹: quoniam non su-
 mus sub lege sed sub gr̄a? Absit. An

nescitis quoniam cui exhibetis vos ser-
uos ad obediendum: serui estis eius cui
obediatis. siue peccati ad mortem siue
obeditionis ad iusticiam: Gratias autem
deo quod fuistis sui peccati: obediatis autem
ex corde. in eadem formam doctrine in qua traditi
estis. Liberati autem a peccato: sui facti es-
tis iusticie. Humanum dico: propter in-
firmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibu-
istis membra vestra fuisse immundicie et ini-
quitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete
membra vestra fuisse iusticie in sancti-
ficationem. Cum enim serui essetis pec-
cati: liberi fuistis iusticie. Quae ergo ser-
uum habuistis tunc in illis: in quibus
nunc reuelatis? Nam finis illorum mors
est. Nunc vero liberati a peccato. serui
autem facti deo: habetis seruum vestrum in
sanctificationem: finem vero vitam eternam.
Stipendium enim peccati mors: gratia autem
dei vita eterna. in christo ihesu domino nostro.

In ignoratis fratres scientibus enim
legem loquor: quia lex in homi-
ne dominatur quanto tempore vivit? Nam qui
sub viro est mulier: vivente viro alligata
est legi. Si autem mortuus fuerit vir
eius: soluta est a lege viri. Igitur vivente
viro vocabitur adultera si fuerit cum
alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius
liberata est a lege viri: ut non sit
adultera si fuerit cum alio viro. Itaque
fratres mei et vos mortificati estis legi
per corpus christi: ut sitis alterius qui ex
mortuis resurrexit: ut sanctificetis deo.
Cum enim essemus in carne. passiones
peccatorum que per legem erant operaban-
tur in membris nostris: ut sanctificarent
morti. Nunc autem soluti sumus a lege mor-
tis. in qua detinebamur: ita ut seruiamus
in novitate spiritus et non in vetu-
state littere. Quid ergo dicemus? Lex
peccatum est? Absit. Sed peccatum non

cognovi: nisi per legem. Nam concupiscentiam
nesciebam: nisi lex diceret. Non concu-
pisceres. Occasione autem accepta. pecca-
tum per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam. Sine lege enim
peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam
sine lege aliquando. Sed cum venisset
mandatum: peccatum revixit. Ego autem
mortuus sum: et inventum est michi man-
datum quod erat ad vitam: hoc est ad mortem.
Nam peccatum occasione accepta per man-
datum seduxit me: et per illud occidit. Itaque
lex quidem sancta: et mandatum sanctum
et iustum et bonum. Quod ergo bonum est
michi factum est mors? Absit. Sed pec-
catum ut appareat peccatum per bonum ope-
ratum est michi mortem: ut fiat supra
modum peccans peccatum per mandatum.
Scimus enim: quia lex spiritualis est. Ego
autem carnalis sum: venundatus sub pec-
cato. Quod enim operor non intelligo.
Non enim quod volo bonum hoc ago: sed
quod odio malum illud facio. Si autem
quod nolo illud facio: consentio legi
quoniam bona est. Nunc autem iam non ego
operor illud sed quod habitat in me pec-
catum. Scio enim: quia non habitat in
me hoc est in carne mea bonum. Nam
velle adiacet michi: perficere autem bonum
non invenio. Non enim quod volo bo-
num hoc facio: sed quod nolo malum hoc
ago. Si autem quod nolo facio illud:
iam non ego operor illud: sed quod ha-
bitat in me peccatum. Invenio igitur legem
volentem michi facere bonum: quoniam
michi malum adiacet. Condelector enim
legi dei secundum interiorem hominem. Video
autem aliam legem in membris meis. repugnanti-
am legi mentis mee: et captivam me in
lege peccati que est in membris meis. Infelix
ego homo: quia me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei: per ihesum christum

1172
Dñm nrm. Igit̃ ego ip̃e m̃te fuis legi
dei: carne autem legi peccati.

Nihil ergo nunc damnationis est
hij qui sunt in cristo ihesu: qui
non scdm carnē ambulāt. Leg enim spi-
ritus vite in cristo ihesu: liberauit me
a lege peccati et mortis. Nam qd̃ im-
possibile erat legi in quo infirmabat̃
p carnē: deus filiū suū mittens in simi-
litudinē carnis peccati: et de peccato
damnauit peccatū in carne. ut iustifi-
catis legis impleteretur in nobis: qui
non scdm carnē ambulam⁹. sed scdm
spiritū. Qui enim scdm carnē sūt. q̃ car-
nis sūt sapiūt: q̃ uero scdm spiritū sūt.
q̃ sunt spiritus sentiūt. Nā prudentia
carnis mors est: prudentia autē spiri-
tus uita ⁊ pax. Quoniā sapientia car-
nis inimica est deo. Legi enim dei nō
est subiecta: nec enim potest. Qui autē in
carne sunt: deo placere non possunt.
Uos autē in carne nō estis sed ī spiri-
tu: si tamē spiritus dei habitat ī uobis.
Si quis autē spiritū cristi non habet:
hic nō est ei⁹. Si autē cristus ī uobis ē:
corpus quidē mortuū est ppter peccatū:
spiritus uero uiuit ppter iustificationē.
Quid si spirit⁹ ei⁹ qui suscitauit ihesum
a mortuis habitat in uobis: q̃ suscita-
uit ihesum cristū a mortuis uiuifica-
bit et mortalia corpora uestra: ppter
inhabitantē spiritū ei⁹ in uobis. Ergo
fratres debitores sum⁹: nō carni ut se-
cundū carnē uiuam⁹. Si enim scdm
carnē uixeritis. moriemini: si autē spiri-
tu facta carnis mortificaueritis. uiue-
tis. Quicūq; enim spiritu dei agūtur:
hij sunt filij dei. Nō enim accepistis spi-
ritū seruitutis iterū in timore: sed acce-
pistis spiritū adoptionis filioꝝ dei: in
quo clamam⁹ abba pater. Ip̃e enim
spirit⁹ testimoniū reddit spiritui nro:

q̃ sum⁹ filij dei. Si autē filij. ⁊ heredes:
heredes quidē dei. coheredes autē cristi:
si tamē compatimur ut et conglori-
ficemur. Existimo enim: q̃ nō sunt cō-
digne passionēs hui⁹ temporis ad fu-
turā gloriā. q̃ reuelabit̃ in nobis. Nā
resp̃ectatio creature reuelationē filioꝝ
dei resp̃ectat. Vanitati enim creatura
subiecta est nō uolens: sed ppter eū qui
subiecit eam in spe: quia ⁊ ip̃a creatu-
ra liberabit̃ a seruitute corruptionis
in libertatē glorie filioꝝ dei. Scimus
enim: q̃ om̃is creatura ingemiscit et
parturit usq; adhuc. nō solū autē illa:
sed et nosip̃i primitias spirit⁹ habentes.
⁊ ip̃i inra nos gemim⁹ adoptio-
nem filioꝝ dei: resp̃ectantes redemptionē
corporis nostri. Spe enim salui fa-
cti sum⁹. Spes autē que uidetur nō est
spes. Nā qd̃ uidet quis qd̃ sperat? Si
autē quod nō uidem⁹ speram⁹: p̃ paciē-
tiā resp̃ectam⁹. Similiter autē et spirit⁹
adiuuat infirmitatē nostrā. Nā qd̃ o-
rem⁹ sicut oportet nescim⁹: sed ip̃e spi-
ritus postulat p̃ nobis gemitibus in-
enarrabilibus. Qui autē scrutatur corda.
scit quid desideret spirit⁹: q̃a scdm deū
postulat p̃ lāctis. Scim⁹ autē quoniā
diligentibus deū. om̃ia cooperant̃ in
bonū: hys q̃ scdm ppositū uocati sunt
sancti. Nā quos p̃sciuit et p̃destinauit
cōformes fieri ymaginis filij sui: ut sit
ip̃e p̃mogenit⁹ ī multis fratribz. Quos
autē p̃destinauit hos ⁊ uocauit: et q̃s
uocauit hos ⁊ iustificauit. Quos au-
tem iustificauit: illos et glorificauit.
Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si deus p̃
nobis: quis contra nos? Qui etiā p̃prio
filio nō p̃percit: sed p̃ nobis om̃ibus
tradidit illū. Quomō nō etiā cū illo
omnia nobis donauit? Quis accusa-
bit aduersus electos dei? De⁹ q̃ iustificat.

Quis est qui cōdemnet? Xpus ihesus
 qui mortuus est pro nobis qui et resurre-
 xit: qui est ad dexterā dei: qui etiā inter-
 pellat p nobis. Quis ergo nos sepa-
 rabit a caritate cristi? Tribulatio an
 angustia an fames an nuditas an
 periculū: an persecutio an gladius? Si-
 cut scriptū est. Quia propter te mortifica-
 mur tota die: estimati sumus sicut oves
 occisionis. Sed in hys omnibus su-
 peramur: propter eum qui dilexit nos.
 Letus sum enim: quia neque mors
 neque vita neque angeli neque principatus
 neque virtutes neque instantia neque futu-
 ra neque fortitudo neque altitudo neque
 profundū neque creatura alia poterit
 nos separare a caritate dei: que est in
 cristo ihesu domino nostro.

Ueritatem dico in cristo ihesu. nō
 mentior. testimoniū michi phi-
 bente cōscientia mea in spiritu sancto:
 quoniam tristitia michi est magna: et
 cōtinuus dolor cordi meo. Optabā
 enī ego ipse anathema esse a cristo pro
 fratribus meis qui sunt cognati mei se-
 cundū carnē qui sunt israelite: quorū
 adoptio est filiorū et gloria et testamē-
 tum et legillatio et obsequiū et pmissio:
 quorū patres et quibus cristus secundum
 carnē. qui est sup omnia deus benedictus
 in secula amē. Nō autē quod exciderit ver-
 bum dei. Non enim omnes qui israel
 hī sunt israelite. neque qui semē sunt
 abrahe omnes filij. Sed in ysaac vo-
 cabitur tibi semen: id est non qui filij
 carnis hī filij dei: sed qui filij sunt pro-
 missionis. estimantur in semine. Pro-
 missionis enim verbū hoc est. Sedm
 hoc tempus veniā: et erit sare filius. Non
 solū autē illa: sed et rebecca et uno con-
 cubitu habēs ysaac patris nostri. Cū
 enim nōdū nati fuissent aut aliquid

boni egissent aut mali: ut secundū ele-
 ctionē positū dei maneret. nō ex ope-
 ribus sed ex vocante dictū est ei: quia
 maior seruiet minori sicut scriptū est.
 Jacob dilexi: esau autem odio habui.
 Quid ergo dicemus? Nūquid iniūctas
 apud deū? Absit. Moysi enim dicit.
 Miserebor cui misertus sum: et miseri-
 cordiā prestabo cui miserebor. Igitur
 non volentis neque currentis sed mise-
 rentis est dei. Dicit enim scriptura pra-
 raoni. Quia in hoc ipso excitavi te ut o-
 stendā in te virtutem meā: et ut annū-
 cietur nomē tuū in uniuersa terra. Er-
 go cui vult misereatur: et quē vult indu-
 rat. Dicit itaque michi. Quid adhuc
 queritur? Volūtatē eius quis resistit?
 O homo: tu quis es. qui respōdeas
 deo? Nūquid dicit figmentū ei qui se
 finxit: quod me fecisti sic? An nō habet
 potestatem figulus luti et eadē massa
 facere aliud quidē vas in honore: aliud
 vero in cōtumeliā? Nō si deus volens
 ostendere iram. et notā facere potentia
 suā sustinuit in multa patientia vasa
 ire apta in interitū: ut ostenderet diui-
 tias glorie sue in vasa misericordie quā
 parauit in gloriā? Quos et vocauit
 nos: nō solū et iudeis sed etiā et gen-
 tibus: sicut in osee dicit. Vocabo non
 plebem meā. plebē meā: et non dilectā
 dilectā. et nō misericordiā cōsecutā mi-
 sericordiā cōsecutā. Et erit: in loco ubi
 dictū est eis nō plebs mea vos: ibi vo-
 cabūtur filij dei viui. Ysaias autem
 clamat p israel. Si fuerit numerus
 filiorū israel tanquā arena maris: reli-
 quie salue sicut. Verbū etiā cōsumans
 et abbreviās in equitate: quia verbū bre-
 uiatū faciet dñs sup terrā. Et sicut p̄di-
 xit ysaias nisi dominus sabaoth reliquisset
 nobis semen sicut zedonia et sadi

essent: et sicut gomorra similes fuille-
mus. Quid ergo dicemus? Quod gentes
que non sectabantur iusticiam apprehenderunt
iusticiam: iusticiam autem non ex fide est. Israel
vero sectando legem iusticie: in legem iusti-
cie non pervenit. Quare: quia non ex fide: sed
ex operibus. Offenderunt enim in lapide
offensionis: sicut scriptum est. Ecce pono
in syon lapidem offensionis: et petram scandalum:
et omnis qui credit in eum non confundetur.

Rates: voluntas quidem cordis
mei et obsecratio ad deum sit pro
illis in salutem. Testimonium enim phi-
lippo illis per emulationem quidem dei ha-
bent: sed non secundum scientiam. Ignorantes
enim iusticiam dei: et suam querentes statuerunt:
iusticie dei non sunt subiecti. Finis enim
legis christus: ad iusticiam omni credenti.
Moyles enim scripsit: quoniam iustici-
am que ex lege est qui fecerit homo: vi-
vet in ea. Que autem ex fide est iusticia sic
dicit. Ne dixeris in corde tuo: quia ascen-
det in celum: id est christum deducere: aut quia
descendet in abyssum: hoc est christum a
mortuis revocare. Sed quid dicit scri-
ptura? Prope est verbum in ore tuo et
in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod
predicamus: quia si confitearis in ore tuo
dominum ihesum: et in corde tuo credideris:
per deum illum suscitavit a mortuis: sal-
vus eris. Corde enim creditur ad iustici-
am: ore autem confessio fit ad salutem. Di-
xit enim scriptura. Omnis qui credit in
illum non confundetur. Non enim est distin-
ctio iudei et greci. Non idem dominus omnium:
dives in omnes qui invocant illum. Omnis
enim quicumque invocaverit nomen domini:
salvus erit. Quomodo ergo invocabunt
in quem non crediderunt? Aut quomodo cre-
detur ei: quem non audierunt? Quomodo au-
tem audient: sine predicante? Quomodo
vero predicabunt: nisi mittantur? Sicut

scriptum est. Quam speciosi pedes euangeli-
zantium pacem: euangelizantium bona.
Sed non omnes obediunt euangelio.
Ysaïas enim dicit. Domine: quis credidit
auditui nostro? Ergo vides ex auditu:
auditus autem per verbum christi. Sed dico.
Numquid non audierunt? Et quidem in om-
ni terra egit sonus eorum: et in fines
orbis terre verba eorum. Sed dico. Num-
quid israel non cognovit? Primus
moyses dicit. Ego ad emulationem
vos adducam non in gentem in gentem
insipientem: in iram vos mittam. Ysaïas
autem audet et dicit. Invenit sum a non
querentibus me: palam apparui hijs qui
me non interrogabant. Ad israel autem dicit.
Tota die expandi manus meas ad populum
non credentem: sed contradicentem michi.

Dico ergo. Numquid deus repulit po-
pulum suum? Absit. Nam et ego
israhelita sum ex semine abraham de
tribu beniamin. Non repulit deus ple-
bem suam quam prescivit. An nescitis in
helya quid dicit scriptura: quemadmo-
dum interpellat deum adversum israel?
Domine prophetas tuos occiderunt: altaria
tua suffoderunt: et ego relictus sum solus:
et querunt animam meam. Sed quid dicit
illi divinum responsum? Reliqui michi
septem milia virorum: qui non curvaverunt
genua ante baal. Sic ergo et in hoc
tempore: reliquit secundum electionem gratie
salvati facti sunt. Si autem gratia: iam non
ex operibus. Alioquin gratia iam non est
gratia. Quid ergo? Quod quereret isra-
hel hoc non est consecutus: electio autem
consecuta est: ceteri vero peccati sunt sicut
scriptum est. Dedit illis deus spiritum con-
punctionis: oculos ut non videant et au-
res ut non audiant: usque in hodiernum diem.
Et david dicit. Fiat mensa eorum coram
ipsis in laqueum: et in captivum et in scandalum

et in retributione illis. Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurua. Dico ergo. Numquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum delicto. Salus gentibus: ut illos emularent. Quod si delictum eorum diuitie sunt mundi: et diminutio eorum diuitie gentium: quantomagis plenitudo eorum? Vobis enim dico gentibus. Quoadiu quidem ego sum gentium apud ministerium meum honorificabo: si quo modo ad emulandum proceram carnem meam: et saluos faciam aliquos ex illis. Sicut amissio eorum reconciliatio est mundi: non assumptio nisi vita ex mortuis? Quod si delictum sancta est: et massa. Et si radix sancta: et rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt: tu autem cum oleaster esses insertus es in illis: et foris radicis et pinguedinis oliue factus es: noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris: non tu radicem portas: sed radicem te. Dico ergo. Fracti sunt rami: ut ego inserar. Bette. Propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide frax. Noli altum sapere sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem et seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem bonitatem dei: si permanseris in bonitate. Alioquin et tu excideris. Sed et illi si non permanserint in incredulitate inserentur. Docens est enim deus iter inserere illos. Nam et si tu ex naturali excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bona oliua: quantomagis hi qui secundum naturam inserentur sine oliue? Nolo enim vos ignorare fratres ministerium hoc: ut non sitis vobis ipsi sapientes: quia cecitas ex parte contingit in israel donec plenitudo gentium intreat: et sic omnis israel saluus fiet sicut scriptum

est. Veniet ex syon: qui recipiat et auertat impietatem ab iacob. Et hoc illis a me testamentum: cum absterco peccata eorum. Secundum euangelium quidem inimici propter vos: secundum electionem autem carissimi propter patres. Sine penitencia enim sunt dona et vocatio dei. Sicut enim aliquando et vos non credidistis deo nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam: ut et ipsi misericordiam consequantur. Concluit enim deus omnia in incredulitate: ut omnium misereatur. Et altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vias eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarus eius fuit? Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum amen.

Roboreo itaque vos fratres per misericordiam dei: ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem. sanctam. deo placentem: rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: ut probetis que sit voluntas dei bona: et bene placens: et perfecta. Dico enim per gratiam que data est michi. omnibus que sunt inter vos: non plus sapere quam oportet sapere. sed sapere ad sobrietatem: et unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habentur: omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in cruce: singuli autem alter alterius membra: habentes donationes secundum gratiam que data est nobis differentes. Sive prophetiam: secundum rationem fidei. Sive ministerium: in ministrando.

Siue qui docet: in doctrina. Qui exhortatur in exhortatione. Qui tribuit: in simplicitate. Qui potest: in sollicitudine. Qui misereatur: in hilaritate. Dilectio: sine simulatione. Aduersus malum: adhaerentes bono. Caritatem fraternitates inuicem diligentes: honore inuicem peruenientes. Sollicitudine non pigri: spiritu feruentes: domino seruietes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationem instantes. Necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentes uos. Benedicite: et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. In idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes: prudentes bona non tantum coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest et ex uobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes carissimi: sed date locum ire. Scriptum est enim. Michi uindictam: et ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: cibum illi: si sitit: potum da illi. Hoc enim faciens: carbonem ignis coegeris super caput eius. Non uinci a malo: sed uince in bono malum.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Quae autem sunt a deo: ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistit: ipse sibi damnationem acquirit. Non principes non sunt timori boni operis sed mali. His autem non timere potestatem: Bonum fac: et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est: tibi in bonum. Si autem malum feceris: time. Non enim sine causa gladium portat.

Dei enim minister est: uindictam in iram ei qui malum agit. Ideoque necessitate subditi estote: non solum propter iram: sed etiam propter conscientiam. Ideo enim et tributa prestatis. Ministri enim dei sunt: in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum tributum: cui uectigal uectigal: cui timorem timorem: cui honorem honorem. Memini quicquam debeatis: nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum: legem adimpleuit. Non adulterabis. non occides. non furaberis. non falsum testimonium dices. non concupisces: et si quod est aliud mandatum in hoc uerbo instauratum: diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim prior est nostra salus: quam cum credidimus. Nox praecessit: dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus. Non in comestationibus et ebrietatibus. non in cubilibus et impudicijs. non in contentione et emulatione: sed induimini dominum ihesum christum: et carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Infirmum autem in fide assumite: non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare se omnia. Qui autem infirmus est: olus manducet. Is qui manducat: non manducatum non spernat: et qui non manducat: manducatum non iudicat. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim deus statueret illum. Non alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Unusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem: domino sapit:

et qui mādurat. dñs mādurat. Gra-
tias enim agit deo. Et qui nō mādura-
cat. dñs nō mādurat: et gratias agit
deo. Mens enim nrm sibi vñit: et ne-
mo sibi moritur. Sive enim vivim⁹.
dño vivim⁹: sive morimur. dño mo-
rim⁹. Sive ergo vivim⁹ sive morim⁹:
dñi sumus. In hoc enim xp̄us mor-
tuus est et resurrexit: ut et vivor⁹ et mor-
tuor⁹ dñetur. Tu autē quid iudicas fra-
trem tuū: aut tu q̄re spectis fratrem tuū?
Omnes enim stabimus ante tribunal
dei. Scriptū est enim. Vivo ego dicit
dñs: quoniam michi flectetur omne ge-
nu: et omnis lingua cōfitebit⁹ deo. Ita-
q; unusquisq; nostrū p se rationē red-
det deo. Nō ergo ampl⁹ invicem iu-
dicem⁹. Sed hoc iudicate magis: ne
ponatis offendiculū fratri vel scādalu.
Scio et cōfido in dño ihesu: q̄a nichil
omne p ipm. nisi ei qui existimat qd
cōmune esse: illi cōmune est. Si enim
propter tibi fratrem tuum contristatur:
iam nō scdm caritatē ambulat. Nō-
li cibo tuo illū p̄dere: p quo xp̄s mor-
tuus est. Nō ergo blasphemetur bonū
nostrū. Nō est enī regnū dei esca et po-
tus: sed iusticia et pax et gaudiū ī spiri-
tu sancto. Qui enim in hoc sevit xp̄o
placet deo: et p̄batus est hominibus.
Itaq; que pacis sunt sedemur: et que
edificatiōnis sunt in invicem custodi-
amus. Noli ppter escam destruere op⁹
dei. Omnia quidē sunt mūda: sed ma-
lū est homini qui p offendiculū man-
ducat. Bonū ē nō mādurare carnē et
nō bibere vinū: neq; ī quo scater tu⁹ of-
fendit aut scādalizat aut infirmat. Tu
quidē habes pedes temetipm: habe co-
rā deo. Beat⁹ q̄ nō iudicat temetipm
ī eo q̄ p̄bat. Qui autē discernit: si mādura-
verit dānat⁹ ē: q̄a nō ex fide. Omne

aut qd nō est ex fide peccatū est. 1109
Bebem⁹ aut nos firmiores inbe-
cillitates infirmor⁹ sustinere: et
nōn nobis placere. Unusquisq; vrm
proximo suo placeat in bonū: ad edi-
ficationē. Etiam xp̄us nō sibi placu-
it: sed sicut scriptū est: improperia im-
properatiū tibi ceciderūt sup me. Que-
cumq; enim scripta sunt ad nostrā do-
ctrinā scripta sunt: ut p patientiā et cō-
solatiōnē scripturarū spem habeamus.
Deus autē patientie et solatiū det vobis
idipm sapere in alterutrū scdm ihesū
xp̄m: ut unanimes uno ore honorifi-
catis deum et patrem domini nostri
ihesu xp̄i. Propter quod suscipite in-
vicem sicut et xp̄us suscepit vos in ho-
norem dei. Dico enī xp̄m ihesum mi-
nistru fuisse circūcisionis ppter verita-
tem dei ad cōfirmandas p̄missiones
patrū: gentes autē super misericordia
honorare deū: sicut scriptum est. Pro-
pterea cōfitebor tibi in gentibus dñe:
et nomini tuo cantabo. Et iterum di-
xit. Letamini gētes cū plebe ei⁹. Et itaq;
Laudate omnes gentes dñm: et ma-
gnificate eū omnes ppli. Et rursus ysa-
ias ait. Erat radix iesse: et qui resurget
regere gētes. ī eum gētes sperabūt. De⁹
autē spei repleat vos omni gaudio et
pace in credendo: ut abundetis in spe et
virtute spirit⁹ sancti. Certus sū autē scā-
tes mei et ego ip̄e de vobis: quoniam et
ip̄i pleni estis dilectione. repleti omni
sciencia: ita ut possitis alterutrū mo-
nere. Audaci⁹ aut scripsi vobis fratres
ex parte. tanq; in memoriā vos redu-
cens: propter gratiā que data est mi-
chi a deo ut sim minister xp̄i ihesu in
gentibus sanctificādo euangeliū dei: ut
hac oblatio gentiū accepta et sanctifi-
cata in spiritu sancto. Habeo igitur

gloriā in xp̄o ihesu ad deū. Nō enim
 audeo aliquid loqui eorū que p̄ me nō
 efficit xp̄us ī obediētiā gentiū: verbo
 et factis in virtute signorū et p̄digiorū
 in virtute sp̄itus sancti: ita ut ab ihe-
 rusalē p̄ circuitū usq; ad illiricū reple-
 verim euāgelium xp̄i. Sic autē p̄dicavi
 euāgelium hoc: non ubi nominatus
 est xp̄us ne super alienū fundamen-
 tum edificarē: sed sicut scriptū ē quibz
 nō ē annūciatū de eo videbūt: et q̄ non
 audierūt de eo intelligere. p̄pter quod
 et impediebar plurimū venire ad vos.
 Nūc vero ulter⁹ locū non habens in
 hīs regionibus: cupiditatem autē ha-
 bens veniendi ad vos ex multis iam
 p̄cedentibus ānis: tū in hyspaniā p̄fi-
 cisci cepero. Spero t̄p̄ p̄teritis iudeam
 vos: et a vobis deducar illuc: si vobis
 p̄mū ex parte sciri⁹ fuero. Nūc igitur
 proficiscar ī iherusalē ministrare san-
 ctis. Probauerūt enim macedonia et
 archaia collationē aliquā facere ī pau-
 peres sanctorū q̄ sunt in iherusalē. Pla-
 cuit enī eis: et debitores sunt eorū. Nā
 si spiritualiū eorū participes facti sunt
 gentiles: debent et in carnalibz mini-
 strare eis. Hoc igit̄ cū cōsummauero et
 assignaui eis fructū hunc: per vos
 proficiscar in hyspaniā. Scio autem:
 quā veniēs ad vos ī abūdantia bene-
 dictōnis xp̄i veniā. Obsecro ergo vos
 fr̄es p̄ dñm nr̄m ihesū xp̄m et p̄ carita-
 tem s̄cti sp̄it⁹ ut adiuvetis me ī ora-
 tōnibz ad deū: ut liberet ab infidelibz
 q̄ sunt ī iudea: et obsequij mei oblatio
 accepta fiat in iherlm̄ s̄ctis: ut veniā
 ad vos ī gaudio p̄ voluntatē dei ut re-
 frigeret vobiscū. De⁹ autem pacis sit
 cum omnibus vobis amen.

Quoniam autē vobis p̄phetā sororē
 nr̄am q̄ ē ī ministerio ecclesie

que ē ceteris ut eā suscipiatis ī dño
 digne s̄ctis: et assistatis ei ī quocūq; ne-
 gocio v̄ri indiguerit. Etenī ip̄a q̄; assis-
 tit multis: michi p̄i. Salutate priscā
 et aquilā adiutores meos ī xp̄o ihesu:
 q̄ p̄ aīa mea suas cervices supposuerūt:
 quibz nō sol⁹ ego gr̄ias ago sed et cū-
 de ecclesie gentiū: et domesticā ecclesiā eorū.
 Salutate ephenetū dilectū michi: q̄ est
 p̄mū aīe ī xp̄o ihesu. Salutate ma-
 riā q̄ m̄strū laboravit ī vobis. Saluta-
 te andronicū et iuliam cognatos et cō-
 captivos meos q̄ sūt nobiles ī ap̄stis:
 q̄ et ante me fuerūt ī xp̄o. Salutate apli-
 acū dilectissimū michi ī dño. Saluta-
 te urbanū adiutorē nr̄m ī xp̄o ihesu: et
 stachin dilectum meū. Salutate appel-
 leti p̄bunū in cristo. Salutate eos qui
 sūt ex aristoboli domo. Salutate hero-
 dionē cognatū meū. Salutate eos q̄
 sūt ex narcisi domo: q̄ sūt ī dño. Sa-
 lutate triphenā et triphosā: q̄ laborāt
 ī dño. Salutate p̄sidam carissimā: q̄
 m̄strū laboravit ī dño. Salutate rusū
 electū ī dño: et matrē ei⁹ et meā. Saluta-
 te alincetū flegoncā hermeti patrobant
 herman: et q̄ cū eis sunt fr̄es. Salutate
 philologū et iuliam nereū et sororē ei⁹
 et olimpraden: et omnes q̄ cū eis sūt san-
 ctos. Salutate invicē ī osculo sancto.
 Salutāt vos omnes ecclesie xp̄i. Rogo
 autē vos fr̄es ut obsequi⁹ eos q̄ dissēsi-
 ones et offendicla p̄ter doctrinā quā vos
 didicistis faciunt: et declinate ab illis.
 Quinimodi enī xp̄o dño nr̄o nō fui-
 unt sed suo v̄tri: et p̄ dulces sermones et
 benedictōnes seducūt corda innocētū.
 V̄ra enī obediētia in omni loco divul-
 gata ē. Gaudeo igit̄ ī vobis: sed volo
 vos sapiētes esse ī bono: et simplices
 in malo. De⁹ autē pacis cōterat lacha-
 nan sub pedibz v̄ris velociter. Gratia

dñi nostri ihesu xpi vobiscu. Salutat
 vos thimothe⁹ adiutor me⁹: ⁊ lucius
 et iason ⁊ solipater cognati mei. Sa-
 luto vos ergo rectius: q̄ scripsi episto-
 lam in dño. Salutat vos gaius ho-
 spes meus: ⁊ uniuersę ecclie. Salutat
 vos erast⁹ archari⁹ ciuitatis: et quar-
 tus frater. Gratia dñi nostri ihesu xpi
 cū om̄ibz vobis amen. Si aut̄ qui po-
 tens est vos confirmare iuxta euāgeliū
 meū ⁊ p̄dicationē ihesu xpi: scdm̄ reue-
 lationē misterij temporibz eternis ta-
 citi qd̄ nūc patefactū est per scripturas
 prophetarū scdm̄ p̄ceptū eterni dei ad
 obedientiā fidei i cūctis gentibz cogiti
 soli sapienti deo p̄ ihesū xp̄m: cui ho-
 nor et gloria in secula seculorū amen.
Explicit ep̄la iuxta prologus in e-



p̄stola ad corinthios
Urinthij sunt archari: et
 hij similiter ab ap̄lo audi-
 erūt verbū veritatis: ⁊ sub-
 uerſi sunt multiplicarie a
 falsis ap̄lis. Quidam a philosophie
 verbosa eloquentia: alij secta legis in-
 daice induci sunt. Hos reuocat apo-
 stolus ad verā fidem et euāgelicam
 sapientiam: scribēs eis ab epheso per
 thimotheum. *Explicit prologus in*
ep̄la ad corinthios ante primū



Aulus vocat⁹ apo-
 stolus ihesu xpi pec-
 uolūtate dei et soſte-
 nes frater ecclie dei
 que ē corinthi: san-
 ctificatis i xp̄o ihesu
 vocatis sanctis: cū om̄ibus qui inuo-
 rant nomē dñi nr̄i ihesu xpi in omni
 loco ip̄oy ⁊ nr̄o. Gratia vobis et paz
 a deo patre nr̄o: et dño ihesu xp̄o. Gra-
 tias ago deo meo semp̄ p̄ vobis i gra-
 tia dei q̄ data est vobis in xp̄o ihesu.

q̄a in om̄ibz diuites facti estis in illo
 in om̄i verbo et in om̄i scientia: sicut
 testimoniū xp̄i confirmatū ē in vobis ut
 nichil vobis desit in nulla gratia: ex-
 spectatibz reuelationē dñi nr̄i ihesu xpi:
 qui et confirmabit vos usq; in finē sine
 crimine: in die aduent⁹ dñi nr̄i ihesu
 xpi. Fidelis de⁹: p̄ quē vocati estis in
 societatem filij ei⁹ ihesu xpi dñi nostri.
 Obsecro aut̄ vos fratres p̄ nomē dñi
 nr̄i ihesu xpi: ut idip̄m dicatis om̄es:
 et nō sint i vobis solimata. Sitis aut̄
 p̄fecti in eodē sensu: et in eadē scientia.
 Significatū est enim michi de vobis
 fr̄es mei ab h̄is qui sūt doctores: q̄a detri-
 ctiones sunt iter vos. Hoc aut̄ dico: qd̄
 unusquisq; v̄m dicit. Ego quidē sum
 pauli: ego aut̄ apollo: ego vero reple:
 ego aut̄ xp̄i. Quisus est xp̄s? Nūqd̄
 paulus crucifix⁹ ē p̄ vobis: aut i noīe
 pauli baptizati estis? Gratias ago
 deo meo q̄ neminē v̄m baptizauī: ni-
 si crispum et gaiū: ne quis dicat q̄ in
 noīe meo baptizati estis. Baptizauī
 aut̄ ⁊ stephane domū: ceteri nescio si quē
 aliū v̄m baptizauerim. Nō enim mi-
 sit me xp̄s baptizare sed euāgelizare:
 nō i sapientia verbi: ut nō euacuet̄ cruz
 xp̄i. Verbū enim crucis peuntibz quidē
 stulticia ē: h̄is aut̄ qui salui sūt id est
 nobis vir⁹ dei ē. Scriptū ē etiā. Perdā
 sapientiā sapientiū: et prudētiā prudē-
 tiū reprobabo. Vbi sapiēs ubi scriba:
 ubi inquisitor hui⁹ seculi? Nōne stul-
 tam fecit de⁹ sapientiā hui⁹ mūdi? Nā
 quia in dei sapientiā non cognouit mū-
 dus p̄ sapientiā deū: placuit deo p̄ stul-
 ticiā p̄dicationis saluos facere rectos.
 Quoniā ⁊ iudei signa petūt: ⁊ greci sa-
 pientiam querūt. Nos aut̄ p̄dicamus
 xp̄m crucifixū: iudeis quidē scādaliū: gē-
 tibz aut̄ stulticiā: ip̄is autem vocatis

indeis atq; grecis. cultū dei virtutem
et dei sapiētiā. Quia qđ stultū ē dei-sa-
pienti⁹ est hominibz: ⁊ qđ infirmū est
dei: forti⁹ ē hominibz. Videte enim vo-
cationē vestrā fr̄es: qđ nō mlti sapien-
tes scđm carnē nō multi potētes non
mlti nobiles: sed q̄ stulta sunt mūdi e-
legit de⁹ ut cōfundat sapientes: ⁊ infir-
ma mūdi elegit de⁹ ut cōfundat fortia:
⁊ ignobilia mūdi ⁊ cōtēptibilia elegit
de⁹ et ea q̄ nō sūt. ut ea que sūt destrue-
ret: ut nō gloriētur om̄is caro ī cōspectu
ei⁹. Ex ip̄o aut̄ vos estis ī xp̄o ihesu: q̄
fact⁹ ē nobis sapiētia ⁊ iusticia et lacti-
ficatio ⁊ redēptio: ut quēadmodū scri-
ptū ē: q̄ gloriātur ī dño gloriatur.

Et ego cū venissem ad vos fr̄es:
veni nō in sublimitate limonis
aut sapiētie. annūciās vobis testimo-
niū xp̄i. Nō enī iudicavi me scire ali-
quid iter vos nisi ihesū xp̄m: et hunc
crucifixū. Et ego ī infirmitate ⁊ timore
⁊ tremore mltro fui apud vos: et limo
me⁹ et p̄dicatio mea nō ī p̄suasibilibz
humane sapiētie verbis: sed ī ostensio-
ne spirit⁹ et virtutis: ut fides v̄ra nō
sit ī sapiētia hominū sed in virtute dei.
Sapiētiā aut̄ loquunt̄ inter p̄fectos.
Sapiētiā vero nō hui⁹ seclī neq; p̄ci-
pū hui⁹ seclī q̄ destruitur: sed loquunt̄
dei sapiētiā ī mysterio q̄ abscondita ē:
quā p̄destinavit de⁹ ante secula ī glo-
riā nostrā quā nemo principū hui⁹ se-
culi cognovit. Si enim cognovissent:
nūquā dñi glorie crucifixissent. Si-
cut scriptū est: qđ oculus nō vidit nec
auris audivit nec in cor hoīs ascen-
dit: q̄ p̄paravit de⁹ hijs q̄ diligūt illū.
Nobis aut̄ revelavit de⁹ p̄ spiritū suū.
Spirit⁹ enī om̄ia scrutat̄: etiā p̄funda
dñi. Quis enī scit hominū q̄ sūt hoīs:
nisi spirit⁹ hoīs q̄ in ip̄o ē? Ita et que

dei sūt nemo cognovit nisi spiritus dei.
Nos aut̄ nō spiritū hui⁹ mūdi accepim⁹
sed spiritū q̄ ex deo est: ut sciam⁹
q̄ a deo donata sūt nobis: q̄ ⁊ loquunt̄
nō in doctis humane sapiētie verbis:
sed in doctrina spiritus: spiritualibz
spiritualia op̄antes. Animalis aut̄
homo nō p̄cipit ea que sunt spiritus
dei. Stulticia enim est illi: ⁊ nō potest
intelligere: qđ spiritualiter examinatur.
Spiritualis aut̄ iudicat om̄ia: ⁊ ip̄e a
nemine iudicat̄: sicut scriptū est. Quis
enī cognovit sensū dñi: aut q̄s instru-
xit eū? Nos aut̄ sensū xp̄i habem⁹.

Et ego fr̄es nō potui vobis loqui
q̄si spiritualibz: sed q̄si carnalibz.
In quā parvul⁹ ī xp̄o lac vobis potū
dedi nō escā. Nōdū enī poteratis: sed
nec nūc quidē potestis. Adhuc enī car-
nales estis. Cū enī fuerit iter vos zelus
et cōtentio: nōne carnales estis ⁊ scđm
hominē ambulatis? Cū enī q̄s dicat e-
go quidē sū pauli. ali⁹ aut̄ ego apol-
lo: nōne hoīes estis? Quid igit̄ est ap-
ollo? Quid vero paul⁹? Ministri ei⁹
cui credidistis. Et unicuiq; sicut dñs
dedit. Ego plātavi apollo rigavit:
sed de⁹ incrementū dedit. Itaq; neq; q̄ plā-
tat ē aliqd̄ neq; q̄ rigat: sed q̄ incrementū
dat de⁹. Qui plātāt aut̄ ⁊ q̄ rigat unū
sūt. Unusquisq; aut̄ p̄riā mercedē ac-
cipiet scđm suū laborem. Dei enī sumus
adiutores. Dei agricultura estis: dei edi-
ficatio estis. Scđm q̄ciā dei q̄ data ē mi-
chi ut sapiēs architect⁹ fundamentū po-
sui: ali⁹ aut̄ sup̄edificat. Unusquisq;
aut̄ videat quomō sup̄edificet. Funda-
mentū enim aliud nemo potest ponere
p̄ter id qđ positū ē: qđ ē xp̄s ihesus. Si
q̄s aut̄ sup̄edificat supra fundamentū
hoc aurū argentū lapides p̄ciosos li-
gna fetū stipulā: unusquisq; opus

manifestū erit. Dies enim dñi declarabit: q̄a i igne reuelabit: & uniuscuiusq; opus s̄c̄le sit ignis p̄babit. Si cui⁹ opus māserit qđ sup̄edificauit: mercedē accipiet. Si cui⁹ op⁹ arserit detrimētū patiet: ip̄e aut saluus erit: sic tamē n̄ s̄i p̄ ignē. Melioris q̄a tēplū dei estis: & spir̄it⁹ dei habitat i vobis. Si q̄s autem tēplū dei violauerit: disp̄det illū deus. Tēplū enī dei s̄ctū ē: qđ estis vos. Nemo se seducat. Si q̄s videt iter vos sapiēs esse i hoc seclō: stult⁹ fiat ut sit sapiēs. Sapiētia enī hui⁹ mūdi stulticia est apud deū. Scriptū est enī. Cōprehēdam sapientes in astutia eorū. Et iterū. De⁹ nouit cogitationes sapiētū: quī vane sūt. Nemo itaq; gloriētur in hominibz. Omnia enī v̄ra sūt: siue paul⁹ siue apollo siue cephas siue mund⁹ siue vita siue mors siue p̄sētia siue futura. Omnia enim vestra sunt: vos autem tristi: xp̄us autem dei.

Sic nos respicit homo ut ministros xp̄i: et disp̄satores misericordiz dei. Hic iā querit inter disp̄satores: ut fidelis q̄s inueniat. Nichi autē p̄ minimo ē ut a vobis iudicet: aut ab humano die. Sed neq; meip̄m iudico. Nichil enī michi d̄sc⁹ sum: sed nō in hoc iustificat⁹ sum. Qui aut iudicat me: dñs ē. Itaq; nolite ante temp⁹ iudicare: quoadusq; veniat dñs qui & illuminabit abscondita tenebrarū et manifestabit s̄c̄ilia cordiū: & tunc laus erit unicuiq; a deo. Hec aut s̄c̄es r̄s̄figurati i me & apollo p̄pter vos: ut i vobis discatis ne supra quā scriptū est vn⁹ aduersus alterū infletur p̄ alio. Quis enim te disceruit? Quid aut habes qđ nō accepisti? Si aut accepisti: qđ gloriaris q̄si nō accepisti? Nam saturati estis: iā diuites facti estis. Sine nobis

regnans. Et vrinā regnetis: ut & nos vobiscū regnem⁹. Puto enī qđ de⁹ nos ap̄tos nouissimos ostendit tāq; mortui destinatos: q̄a spectaclū facti sum⁹ mūdo & āgelis et hominibz. Nos stulti p̄pter xp̄m: vos aut prudētes i xp̄o. Nos infirmi: vos aut fortes. Vos nobiles: nos aut ignobiles. Usq; in hāc horā & esurim⁹ & sitim⁹ & nudi sum⁹: & colaphis cedimur & instabiles sum⁹: & laboram⁹ operātes manibz nostris. Maledicim⁹: et b̄ndicim⁹. Persecutionē patim⁹: et sustinem⁹. Blasphemant: & obsecram⁹. Tāq; purgamenta hui⁹ mūdi: facti sum⁹ omniū p̄cipissima usq; ad huc. Nō ut d̄fundā vos hec scribo: sed ut filios meos carissimos moneo. Nā si decē milia pedagogorū habetis in xp̄o: sed nō multos p̄res. Nā in xp̄o ihesu p̄ euangeliū ego vos genui. Rogo ergo vos: imitatores mei estote. Ideo misi ad vos thimotheū q̄ ē fili⁹ me⁹ carissim⁹ & fidelis i dño: q̄ vos cōmonefaciat vias meas q̄ sūt in xp̄o ihesu: sicut ubiq; i omni ecclesia doceo. Tāq; nō v̄etur⁹ sum ad vos: sicut inflati sūt quidā. Veniā aut ad vos cito si dñs voluerit: & cognoscā nō emonē errorū q̄ inflati sūt: sed virtutē. Nō enī i emone ē regnū dei: sed i virtute. Quid vultis? In virga veniā ad vos: an in caritate & spir̄itu mansuetudinis?

Omnino audit iter vos fornicator: & talis fornicatio q̄lis nec inter gētes: ita ut uxore p̄ris sui aliq̄s habeat. Et vos inflati estis: & nō magis luctū habuistis: ut tollat de medio vestrū qđ hoc op⁹ fecit. Ego quidē absens corpore: p̄sēns aut spir̄itu: iā iudicavi ut p̄sēns eū qđ sic operat⁹ ē in noīe dñi n̄ri ihesu xp̄i cōgregatis vobis et meo spir̄itu cū virtute domini ihesu tradere

huiusmodi hōiem sathane ī īreūtū car-
nis: ut spiritus saluus sit in die dñi nri
ihesu xpi. Nō ē bona gloriatio v̄ra. Ne-
scitis q̄a modicū fermentū totā massā
corrūpit. Expurgate veterē fermentū: ut
sitis noua cōspectio sicut estis azimi.
Et enī pascha n̄m īmolat̄ ē xps. Ita
q; epulenti: nō ī fermento veteri neq; ī fer-
mento malicie ⁊ nequicie: sed ī azimis
sinceritatis ⁊ veritatis. Scripsi vobis
ī epla: ne cōmiscerimini fornicarijs. Nō
utiq; fornicarijs huius mūdi aut aua-
ris aut rapacib; aut ydolis seruiētib;: a-
liquis debueratis de hoc mūdo exisse.
Nūc autē scripsi vobis non cōmisceri.
Si is q̄ frater notat̄ iter vos et ē forni-
cator aut auar⁹ aut ydolis seruiens aut
maledic⁹ aut ebriosus aut rapax: cū
huiusmodi nec cibū sumere. Quid e-
nim michi de hīs q̄ foris sūt iudica-
re? Nōne de hīs q̄ int⁹ sūt vos iudi-
catis? Nā eos q̄ foris sūt deus iudica-
bit. Auferre malū e; vobis ip̄is.

Audet aliquis vestrum habere
negocium aduersus alterū iudi-
cari apud iniq̄s: ⁊ nō apud sanctos.
An nescitis. quā sācti de hoc mūdo iu-
dicabūt? Et si ī vobis iudicabit mun-
dus: indigni estis q̄ de minimis iudi-
catis? Nescitis quā angelos iudicabi-
mus? Quātomagis seclaria? Seclā-
ria igit̄ iudicia si habueritis: cōtēptibi-
les q̄ sūt ī ecclesia illos cōstituite ad iu-
dicādū. Ad recedūdiā v̄ram dico. Sic
nō ē iter vos sapiēs quisq;: q̄ possit iu-
dicare iter frat̄e suū: sed frater cū fratre
iudicio cōcedit: ⁊ hoc apud infideles. Nā
quidē quāmo delictū ē ī vobis: q̄ iudi-
cia habetis iter vos. Quare nō magis
iniuriā accipitis? Quare non magis
fraudē patimini? Sed vos iniuriā facitis
et fraudatis: ⁊ hoc fratrib; . An nescitis

q̄a iniqui regnū dei nō possidebūt? Nō-
lite creare: neq; fornicari neq; ydolis ser-
uētes. neq; adulteri. neq; molles: neq;
masclōy; deubitores. neq; fures. neq;
auari. neq; ebriosi. neq; maledici. ne-
q; rapaces regnū dei possidebūt. Et hec
quē fueritis: sed abluti estis. sed sāctifica-
ti estis. sed iustificati estis: in noīe dñi
nri ihesu xpi et ī spiritu dei nri. Omnia
michi licet: sed nō oīa expēdūt. Omnia
michi licet: sed ego sub nulli⁹ redigar
potestate. Esca veteri ⁊ veter estis: deus
autē et hūc ⁊ hūc destruet. Corp⁹ autē nō
fornicationi sed dño: ⁊ dñs corpori. De-
us vero ⁊ dñm suscitauit: et nos susci-
tabit p̄ virtutē suā. Nescitis quā corpo-
ra v̄ra mēbra sūt xpi? Tollēs ergo mē-
bra xpi: faciā mēbra meretricis? Ab-
sit. An nescitis: quā q̄ adheret meretri-
ci unū corp⁹ efficiē? Sicut enī inq̄t duo
ī carne vna. Qui autē adheret dño: un⁹
spirit⁹ ē. Fugite fornicationē. Quāte enī
peccatū quocūq; fecerit homo extra corp⁹
ē: q̄ autē fornicat̄ ī corp⁹ suū peccat. An
nescitis quā mēbra v̄ra cōplū ē spirit⁹
sācti q̄ ī vobis ē quē habetis a deo: ⁊ nō
estis v̄ri? Empti enī estis p̄cio magno:
glorificate et portate deum in corpore

Se quib; autē scripsi v̄ro. **S**cripsit michi: bonum est homini
mulierē nō tāgere. Propter fornicatio-
nem autē unusquisq; suā uxore habeat:
⁊ vnaqueq; suū virū habeat. Vxori vir
debitū reddat: sicut autē et vxor viro.
Mlier sui corporis potestatem nō habet
sed vir: sicut autē ⁊ vir sui corporis po-
testatē nō habet sed mlier. Nolite frau-
dare inuicem nisi forte e; cōsensu ad
tempus ut vacetis orationi: ⁊ iterū reu-
ertimini ī idipm: ne cōceptet vos sathana
propter incōtinētiā v̄ram. Hoc autē di-
co scdm indulgētiā: nō scdm imperiū.

Volo aut omnes vos hoies esse sicut
meipm. Sed unusquisq; ppiu domu
habet rē deo: ali' quidē sic: ali' vero sic.
Dico aut nō nuptis & viduis: bonū ē
illis si sic pmāserit sicut et ego. Nō si
nō se detinet. nubāt. Māli' ē enī nubere
q; vri. Vix aut q; mrimonio nūdi sūt
picipio non ego sed dñs: vxorē a viro
nō discedere. Nō si discesserit. manere
inuptā: aut viro suo reconciliari. Et
vir vxorē nō dimittat. Mā ceteris ego
dico nō dñs. Si q; frater vxorē habet
infidelē. & hęc d'sentit habitare cū illo: nō
dimittat illā. Et si qua mlier habet vi-
rū infidelē & hęc d'sentit habitare cū illa:
nō dimittat vir. Sāctificat' ē enī vir
infidelis p mlierē fidelē: & sāctificata ē
mlier infidelis p virū fidelē. Alio qui filij
vri immūdi essent: nūc aut sācti sūt.
Nō si infidelis discedit. discedat. Mā e-
nim fuituri sūt q; frater aut soror ī
eiusmodi. In pace aut vocavit vos
de'. Vnde enī scis mlier si virū saluū fa-
cies: Aut vnde scis vir si mlierē saluā
facies? Māli' uniuersq; sicut diuisit dñs.
et liber: sed omnia & in omnibus xp̄s. Induite vos ergo sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie: benignitatem. humilitatem. modestiam. patientiam. supportantes inuicem & donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquē habet querelam: sicut & dominus donauit vobis ita et vos. Super omnia autē hec caritatem habete quod est vinculum perfectionis: et pax xp̄i exultet in cordibus vestris. in qua et vocati estis in uno corpore: & grati estote. Verbum xp̄i habitet in vobis abundanter: in omni sapientia docentes et commoventes vobismetipsos psalmis ymnis & canticis spiritalibus in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine dñi nostri ihesu xp̄i: gratias agentes deo et patri p̄ ip̄m. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet in domino. Viri diligite uxores vestras: & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in dño. P̄res nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: ut non pusillo animo fiant. Serui obedite p̄ omnia dñis carnalibus: nō ad oculū euidentes quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes deū. Quocumque facitis. ex animo operamini. sicut dño & non hominibus: scientes quod a domino accipietis retributionē hereditatis. Dño xp̄o seruite. Qui enim iniuriam facit recipiet id quod iniure gessit: et non est personarum acceptio apud deū.

Domini quod iustum est et equū. seruis prestare: scientes quod & vos dñm habetis in celo. Oratori instate vigilantes in ea in gratiarū actione: orantes simul et pro nobis: ut deus ap̄t̄iat

nobis ostium sermonis ad loquēdū ministeriū xp̄i: propter quod etiam undatus sum: ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. In sapientia ambulare ad eos quod foris sunt: tempore redimentes. Semper vestet semper in gratia sale sit odor: ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. Que circa me sunt omnia vobis nota faciet tychicus carissimus frater & fidelis minister et dilectus in dño: quem misi ad vos ad hoc ip̄m ut cognoscat quod circa vos sunt: & solet corda v̄ra cum dilectissimo carissimo & fideli fratre quod est vobis ē: quod omnia quod hic aguntur nota facient vobis. Salutat vos aristarchus concaptiuus meus: et marcus sobrinus barnabe: de quo accepistis mandata. Si venerit ad vos: suscipite illū. Et ihesus quod dicit iustus: qui sunt ex circuncisione. Ipsi soli sunt adiutores mei in regno dei: qui michi fuerunt solatio. Salutat vos epafreas qui est vobis est seruus xp̄i ihesu: semper sollicitus pro vobis in orationibus: ut steteris perfecti et pleni in omni voluntate dei. Testimonium enim illi perhibeo: quod habet multū laborem pro vobis & pro hijs qui sunt laodicee et quod ierapoli. Salutat vos lucas medicus carissimus: et demas. Salutate fratres qui sunt laodicee et nymphan: et quod in domo eius est ecclesia. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hec: facite ut et in laodicensium ecclesia legatur: & eam que laodicensium est vobis legatur. Et dicite arcippo. Vide ministeriū quod accepisti in dño: ut illud impleas. Salutato mea: manu pauli. Memores estote vincitorum meorum. Gratia dñi ihesu vobiscum amē.



Epistola Pauli ad Thimotheum
Epistola Pauli ad Thimotheum

Thessalonicenses sunt macedones: qui accepto verbo veritatis perstiterunt in fide: etiam in persecutione civium suorum. Preterea nec receperunt falsos apostolos: nec ea que a falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat apostolus scribens eis ab Athenis: per tychicum diaconum et Onesimum acolitum. *Explicit argumentum incipit epistola ad Thessalonicenses prima*

Paulus et silvanus et timotheus: ecclesie thessalonicensium in deo patre nostro et domino ihesu christo: gratia vobis et pax.

Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione: memores operis fidei vestre et laboris et caritatis et sustinentie spei domini nostri ihesu christi: ante deum et patrem nostrum. Scientes fratres dilecti a deo electionem vestram: quia euangelium nostrum non fuit ad vos in timore tantum sed et in virtute et in spiritu sancto et in plenitudine misericordie: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis et domini: recipientes verbum in tribulatione misericordie cum gaudio spiritus sancti: ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in macedonia et in achaja. A vobis enim diffamatum est nomen domini non solum in macedonia et in achaja: sed et in omni loco fides vestra que est ad deum perfecta est: ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant quale introitum habuerimus ad vos: et quomodo reversi estis ad deum a simulacris lute deo vivo et vero: et respectare filium eius de celis

quem suscitavit ex mortuis ihesum: quia eripuit nos ab ira ventura.

Nam ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos: quia non inanis fuimus: sed ante passi multa: et contumeliis affecti sicut scitis in philippiis: fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos euangelium dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore neque de immundicia neque in dolo: sed sicut probati sumus a deo ut crederetis nobis euangelium ita loquimur: non quasi hominibus placentes: sed deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando sumus in sermone adulacionis sicut scitis: neque in occasione avaricie deus testis est: nec querentes ab hominibus gloriam neque a vobis neque ab alijs cum possemus vobis oneri esse ut christi apostoli. Sed facti sumus parvuli in medio vestrum tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupide: volebamus tradere vobis non solum euangelium dei sed etiam animas nostras: quoniam carissimi nobis facti estis. Memores enim facti estis fratres laboris nostri et fatigationis: nocte et die operantes: ne quem vestrum gravaremus: predicavimus in vobis euangelium dei. Vos testes estis et deus: que sancte et iuste et sine querela vobis qui credidistis fuimus sicut scitis: qualiter unumquemque vestrum sicut pater filios suos deprecantes vos et consolantes: testificati sumus ut ambularetis digne deo qui vocavit vos in suum regnum et gloriam. Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum audire dei accepistis illud non ut verbum hominum sed sicut est vere verbum dei: qui operatur in vobis que credidistis. Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei que sunt in

iudea in cristo ihesu: quia eadem passi
estis et vos a tribulibus vestris sicut
et ipsi a iudeis: qui et dominum occiderunt ihesum
et prophetas et nos persecuti sunt: et deo
non placent: et omnibus hominibus ad-
uersant: prohibentes nos gentilibus
loqui ut salve fiat: ut impleat peccata
sua semper. Preuenit ira dei super illos
usque in finem. Nos autem fratres desolati
a vobis ad tempus ore aspectu non
corde: abundantius festinauimus faciem
vestram videre cum multo desiderio: quam
nolumus venire ad vos. Ego quidem
paulus et semel et iterum: sed impediuit
nos sathanas. Que est enim nostra spes aut
gaudium aut corona glorie? Nonne vos
ante dominum nostrum ihesum christum in aduentu eius?
Vos enim estis gloria nostra et gaudium.

Propter quod non sustinere amplius
placuit nobis remanere athenis
solis: et misimus thimotheum fratrem
nostrum et ministrum dei in euangelio christi
ad confirmandos vos et exhortandos
pro fide vestra: ut nemo moueat in tri-
bulationibus istis. Ipsi enim scitis: quod in
hoc positi sumus. Nam et cum apud vos
essemus predicetamus vobis passuros
vos tribulationes: sicut et factum est et sci-
tis. Propterea et ego amplius non susti-
nere nisi ad cognoscendam fidem vestram:
ne forte temptauerit vos is qui temptat: et
inanis fiat labor noster. Nunc autem
venire thimotheo ad nos a vobis et
annunciare nobis fidem et caritatem ve-
stram: et quia memoriam nostri habetis
bonam: semper desiderantes vos videre: sicut
et nos quoque vos:ideo desolati sumus
fratres: in vobis in omni necessitate et
tribulatione nostra pro fide vestra: quoniam
nunc uniuimus: si vos statis in domino.
Quam enim gratiam adionem possumus deo
retribuere pro vobis in omni gaudio

quo gaudemus propter vos ante deum
nostrum: nocte ac die abundantius orantes
ut videamus faciem vestram et compleamus ea
que desunt fidei vestre: Ipse autem deus et pater
noster et dominus ihesus christus dirigat viam
nostram ad vos. Vos autem dominus discipli-
net: et abundare faciat caritatem vestram in
inuitem et in omnes: quemadmodum et nos in
vobis ad confirmanda corda vestra sine que-
rela in sanctitate ante deum et patrem no-
strum in aduentu domini nostri ihesu christi
cum omnibus sanctis eius amen.

De cetero ergo fratres rogamus vos
et obsecramus in domino ihesu: ut quem-
admodum accepistis a nobis quomo-
do oporteat vos ambulare et placere
deo sicut et ambuletis: ut abundetis ma-
gis. Scitis enim quae precepta dedeci vobis
per dominum ihesum. Hec est autem voluntas dei
sanctificatio vestra ut abstinereis vos a
fornicatione: ut sciat unusquisque vestrum
vas suum possidere in sanctificatione et ho-
nore: non in passione desiderii sicut et gen-
tes qui ignorant deum. Et ne quis supgradi-
atur neque circuueniat in negotio fratrum
suum: quem vindex est dominus de his omnibus
sicut predicimus vobis et testificati sumus.
Non enim vocauit nos deus in immundicia:
sed in sanctificatione. Itaque qui hec sper-
nit non hominem spernit sed deum: qui etiam de-
dit spiritum suum sanctum in nobis. De ca-
ritate autem fraternitatis non necesse ha-
bimus scribere vobis. Ipsi enim vos a
deo didicistis: ut diligatis inuitem. Ete-
nim illud facitis in omnes fratres: in v-
niuersa macedonia. Rogamus autem vos
fratres ut abundetis magis: et opera de-
tis ut quieti sitis: et ut vestrum negotium a-
gratis: ut operemini manibus vestris sicut
precepimus vobis: et ut honeste amble-
tis ad eos qui foris sunt: et nulli aliquid
desideretis. Nolumus autem vos ignorare

fratres de dormientibus: ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod ihesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per ihesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui vivimus qui residui sumus: in adventu domini non prevenientur eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus qui relinquinur simul rapiemur cum illis in nubibus obviam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

Quod temporibus autem et momentis fratres non indigetis ut scribam vobis. Ipsi enim diligenter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax et securitas: tunc repente eis superveniet interitum sicut dolor in utero habentis: et non effugiet. Vos autem fratres non estis in tenebris: ut vos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis: et filii diei. Non estis noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrii sumus. Qui enim dormiunt nocte dormiunt: et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus sobrii sumus: induiti lorica fidei et caritatis et galeam spem salutis: quoniam non posuit nos deus in ira sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum ihesum christum qui mortuus est pro nobis: ut siue vigilemus siue dormiamus: simul cum illo vivamus. Propter quod consolamini invicem: et edificate alterutrum: sicut et facitis. Rogamus autem vos fratres ut noveritis eos qui laborant inter vos: et prestunt vobis in domino: et movent vos: ut habeatis illos abundanter

in caritate propter opus illorum: et pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres: corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sedamini in invicem et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas dei in christo ihesu: in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: ut incedat spiritus vester et anima et corpus sine querela in adventu domini nostri ihesu christi fuerit. Fidelis est qui vocavit vos: qui etiam faciet. Fratres: orate pro nobis. Salutate fratres omnes: in osculo sancto. Adiuro vos per dominum: ut legatur epistola hec omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri ihesu christi vobiscum amen.

Explicit epla ad thessalonicenses 1. Incipit epi argumentum in epla 2.

Ad thessalonicenses secundam scribit epistolam apulus: et notum facit eis de temporibus novissimis et de adversarii dei editione. Scribit hanc epistolam ab athenis per titum dyaconem et onestimum acolitum.

Explicit argumentum in epla ad thessalonicenses 2.

Aulus et silvanus et thimotheus: ecclesie thessalonicensium in deo patre nostro et domino ihesu christo: gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratias agere debemus semper deo pro vobis fratres ita ut dignum est: quoniam supercreverit

fides v̄ra et abundat caritas uniuscu-
 iusq; v̄m in inuicē: ita ut et nos ipsi
 in vobis gloriam̄ in ecclesijs dei p̄ pa-
 tiētia v̄ra et fide et in omnibus p̄secutio-
 nibus vestris et tribulationibus q̄s su-
 stinetis in exemplū iusti iudicij dei: ut
 digni habeamini in regno dei pro quo
 et patimini: si tamen iustū est apud de-
 um retribuere retributionē h̄is q̄ vos
 tribulāt: et vobis q̄ tribulamini requi-
 em nobiscū in reuelatione d̄ni ihesu de
 celo cum angelis virtutis ei⁹ in flamma
 ignis dantis vindictā h̄is qui nō no-
 uerunt deū et q̄ nō obediūt euangelio
 d̄ni n̄ri ihesu cristi. Qui penas dabunt
 in interitu eternas a facie d̄ni et a gl̄a
 virtutis eius: cū venerit glorificari in
 s̄ctis suis: et admirabilis fieri in omni-
 bus q̄ crediderūt: quia creditū ē testimo-
 nium n̄m sup nos in die illo. In quo
 etiā oram⁹ semp pro vobis ut digne-
 tur vos vocatōne sua deus: et impleat
 omnē volūtatem bonitatis sue et op⁹
 fidei in virtute: ut clarificet nomen d̄ni
 n̄ri ihesu cristi in vobis: et vos in illo: secu-
 dū gr̄am dei n̄ri et d̄ni ihesu cristi.

Rogamus autē vos fratres p̄ ad-
 uentū d̄ni nostri ihesu cristi et n̄re
 congregatiōnis in ip̄m: ut nō cito mo-
 ueamini a v̄ro sensu neq; tereamini
 neq; p̄ spiritum neq; per sermonē neq;
 per epistolā tanq; per nos missam: q̄si
 instet dies d̄ni. Ne quis vos seducat
 ullo modo. Quoniā nisi venerit disces-
 sio primū: et reuelat⁹ fuerit homo pecca-
 ti filius p̄ditionis: q̄ adueclatur et ex-
 tollitur supra om̄e qd̄ dicitur de⁹ aut
 quod colit: ita ut in templo dei sedeat
 ostendēs se tanq; sit deus. Nō retinetis
 q̄ cum adhuc essem apud vos hec di-
 cebam vobis: Et nūc quid detineat
 scitis: ut reuelet in suo tempore. Nam

mysterium iā operat̄ iniquitatis: tan-
 tum ut qui tenet nūc: teneat: donec de
 medio fiat. Et tunc reuelabit̄ ille ini-
 quus quē d̄ns ihesus interficiet sp̄iti-
 u oris sui: et destruet illustratione ad-
 uent⁹ sui. eum cuius ē aduent⁹ scdm
 operationē sathane in omni virtute et
 signis et prodigijs mendacib; et in om-
 ni seductōne iniquitatis h̄is qui pe-
 reunt: eo q̄ caritatē veritatis non rece-
 perunt ut salui fierēt. Ideo mittet illis
 deus operationē erroris ut credāt men-
 dacio: ut iudicetur om̄es q̄ non credi-
 derunt veritati: sed consenserūt iniqui-
 tati. Nos autē debem⁹ gratias agere
 deo semp pro vobis fratres dilecti a de-
 o: q̄ elegerit nos deus p̄mittas in salu-
 tem in sanctificatione sp̄iti⁹ et in fide
 veritatis: in quā et vocauit vos per eu-
 angeliū nostrū in acquisitione glorie
 d̄ni nostri ihesu cristi. Itaq; fratres sta-
 te: et tenete traditiones q̄s didicistis:
 siue per sermonē siue per epistolā n̄ram.
 Ip̄e autē d̄ns noster ihesus crist⁹ et de⁹
 et pater noster qui dilegit nos: et dedit
 consolatiōnē eternā et sp̄m bonā in gra-
 tia exhortet corda vestra: et confirmet
 in omni opere et sermone bono.

De cetero fratres orate pro nobis
 ut sermo dei cureat et clarificetur
 sicut et apud vos: et ut liberemur ab im-
 portunis et malis hominib;. Nō enim
 omnīū est fides. Fidelis autē d̄ns ē qui
 confirmabit vos: et custodiet a malo.
 Confidim⁹ autē de vobis fratres in do-
 mino: quū que p̄cipim⁹ et facitis: et fa-
 cietis. D̄ns autē dirigat corda vestra in
 caritate dei: et patientia cristi. Demin-
 uamus autē vobis fratres in noīe d̄ni
 n̄ri ihesu cristi: ut subtrahatis vos ab
 omni fratre ambulante inordinate: et
 nō scdm traditionem quā accepistis

a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos neque gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in labore et in fatigatione nocte et die operantes: ne quem vestrum grauarem. Non quasi non habuerimus potestatem: sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam et cum essemus apud vos hoc denunciabamus vobis: quoniam si quis non vult operari: nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete nichil operantes: sed curiose agentes. Vix autem qui eiusmodi sunt denunciamus et obsecramus in domino ihesu christo ut cum silentio operantes: suum panem manducarent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam hanc notate: et non commiscerimini cum illo ut studeret. Et nolite quasi inimicum existimare: sed corripite ut fratrem. Ipse autem deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus cum omnibus vobis. Salutatio mea manu pauli: quod est signum in omni epistola. Ita scribe. Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis amen. *Explicit epistola ad thesalonicenses secunda incipit argumentum in*

Timotheum instruit et docet de ordinatione episcoporum et diaconorum: et omni ecclesiastica disciplina: scribens ei a laodicea per nichitum diaconum. *Explicit argumentum incipit epistola ad thymotheum*

Aulus apostolus ihesu christi secundum imperium dei saluatoris nostri et christi ihesu spei nostre: thymotheo dilecto si

lio in fide: gratia et misericordia et pax a deo patre et christo ihesu domino nostro. Sicut rogavi te ut remeares ephesi cum irem in macedoniam: ut denunciarem quibusdam ne aliter docerent: neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis: que non questiones prestant magis quam edificationem dei que est in fide. Finis autem precepti est caritas: de corde puro: et conscientia bona: et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes auersi sunt in vaniloquium: volentes esse legis doctores non intelligentes neque que loquuntur: neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex si quis ea legitime utatur: sciens hoc quia lex iusto non est posita sed iniustis et non subditis: impijs et peccatoribus sceleratis et contumacis: patricidis et matricidis homicidis fornicarijs masculorum cubitoribus: plagiarijs mendacibus et piuris: et si quid aliud sane doctrine aduersat: que est secundum euangelium glorie beati dei quod creditum est michi. Gratias ago ei qui me confortauit in christo ihesu domino nostro: quia fidelem me existimauit ponens in ministerio. Qui prius blasphemus fui et persecutor et contumeliosus: sed misericordiam dei consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione que est in christo ihesu. Fidelis sermo et omni acceptione dignus: quia christus ihesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me promitteret christus omnem patientiam ad informationem eorum que credituri sunt illi in vitam eternam. Regi autem seculorum immortalis inuisibili soli deo honor et gloria: in secula seculorum amen. Vixit preceptum commendo tibi fili thymothee

secundum precedentes in te propheti-
as: ut milites in illis bonā militiam
habens fidem ⁊ bonam conscientiam.
Quā quidam repellentes circa fidem
naufragauerūt: ex quibus ē hyme-
us et alexander quos tradidi satha-
ne: ut discant non blasphemare.

Obscuro igitur primum omnium fieri
obsecrationes orationes postula-
tiones gratiarum adiones pro omnibus
hominibus: pro regibus ⁊ omnibus qui in
sublimitate sunt: ut quietam ⁊ tranquillam
vitam agam⁹ in omni pietate et castita-
te. Hoc enim bonum est ⁊ acceptum coram sal-
uatore nostro deo: qui omnes homines vult
saluos fieri: ⁊ ad agnitionem veritatis
venire. Unus enim deus unus ⁊ media-
tor dei ⁊ hominum homo creatus ihesus:
qui dedit redemptionem semetipsum pro om-
nibus. Cuius testimonium temporibus
suis confirmatum est: in quo positus sum ego
predicator ⁊ apud. Veritatem dico non
mentior: doctor gentium in fide ⁊ veritate.
Volo ergo viros orare in omni loco:
levantes puras manus sine ira ⁊ disce-
patione. Similiter ⁊ mulieres in habitu
ornato: cum verecundia ⁊ sobrietate or-
nantes se: ⁊ non in tortis crinibus aut
auro aut margaritis vel veste preci-
osa: sed sicut decet mulieres: promittentes
pietatem per opera bona. Mulier in silentio
discat: cum omni subiectione. Docere au-
tem mulieri non permitto neque dominari in vi-
ro: sed esse in silentio. Adam enim primus for-
matus est deinde eua: ⁊ adā non est seductus:
mulier autem seducta in peccatione fuit.
Saluabitur autem per filiorum generati-
onem: si permanserit in fide et dilectio-
ne ⁊ sanctificatione cum sobrietate.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum
desiderat: bonum opus desiderat.
Oportet enim episcopum irreprehensibilem

esse: unius uxoris virum: sobrium: ornatum:
prudenter: pudicum: hospitalem: doctorem:
non violentum: non percussorem: sed mo-
destum: non litigiosum: non cupidum: sed
sui domui bene dispositum: filios habentem
subditos cum omni castitate. Si quis au-
tem domui sue preesse nescit: quomodo
ecclesie dei diligentiam habebit? Non ne-
phiticum: ne in superbia elatus in iudicium
incidat dyaboli. Oportet autem illum et te-
stimonium habere bonum ab hijs qui foris
sunt: ut non in opprobrium incidat et in
laqueum dyaboli. Diaconos similiter
pudicos: non bilivagos: non multo
vino deditos: non turpe luctum sectantes:
habentes misterium fidei in conscientia pu-
ra. Et hijs autem prebetur primum: ⁊ sic mi-
nistrent nullum crimen habentes. Mulie-
res similiter pudicas: non detrahentes:
sobrias: fideles in omnibus. Diacones
sint unius uxoris viri: qui filijs suis be-
ne prebent: ⁊ suis domibus. Qui enim be-
ne ministraverint: gradum bonum sibi
acquirent: ⁊ multam fiduciam in fide que
est in christo ihesu. Hec tibi scribo fili thi-
mothee: sperans me ad te venire cito.
Si autem tardaverero: ut scias quomodo
oporteat te in domo dei consistari que est
ecclesia dei vivum: columna ⁊ firmamen-
tum veritatis. Et manifeste magnum est
pietatis sacramentum sicut manifestatum
est in carne: iustificatum est in
spiritu: apparuit angelis predicatum
est gentibus: creditum est in mun-
do: assumptum est in gloria.

Spiritus autem manifeste dicit: quia
in novissimis temporibus disce-
dent quidam a fide: accedentes spiriti-
bus erroris ⁊ doctrinis demoniorum in
hypocritis: loquentium mendacium ⁊ caute-
riam habentium suam conscientiam: pro-
hibentium nubere: abstinere a cibis quos

deus creauit ad precipiendū cū gratias
actione fidelibus: & hijs q̄ cognouerunt
veritate. Quia oīs creatura dei bona: et
nichil reiciendū qd̄ cū gratias actione
pripitur. Sanctificat̄ enī per verbū dei
et orationē. Hec proponens fratribz
bonus eris minister cristi ihesu: emitti-
tus verbis fidei & bone doctrine quā
assecutus es. Ineptas aut̄ & aniles fa-
bulas deuita. Ecce aut̄ teipm̄ ad pi-
etate. Nā corporalis exercitatio ad mo-
dicū utilis ē. Pietas aut̄ ad omnia u-
tilis ē: promissionē habens uite. que
nūc est et future. Fidelis sermo: & omni
acceptatione dignus. In hoc enī labo-
ramus & maledicim̄ quia speramus
in deū uiuū: q̄ est saluator omniū ho-
minū: maxime fidelium. Precipe hec et
dice. Nemo adolescentiā tuā deumit:
sed exemplū esto fidelium. ī verbo. in con-
uersatione. in caritate. ī fide. in castita-
te. Dū uenis attende lectōni exhortati-
oni doctrine. Noli negligere gratiam
que in te ē: que data ē tibi per propheti-
am cū impositione manuum p̄biterij.
Hec meditare: ī hijs esto: ut profectus
tuus manifestus sit omnibus. Attēde enī tibi
& doctrine: instā ī illis. Hoc enī faciēs. &
teipm̄ saluū faciēs: & eos q̄ te audiūt.
etimore ne increpaueris: sed
obsecra ut patre. Iuuenes ut fra-
tres: anus ut mres: iuuectas ut soro-
res ī omni castitate. Viduas honora:
que uere uidue sūt. Si qua aut̄ uidua
filios aut nepotes habet: discat pri-
mum domū suā regere & mutuā uicē
reddere parentibus. Hoc enī acceptum
est corā deo. Que aut̄ uere uidua est et
desolata speret in deū: & instet obsecra-
tionibz & orationibz nocte & die. Nā
que in delitijs ē: uiuens mortua ē. Et
hoc p̄cipe: ut increphensibiles sint. Si

quis aut̄ suoz & maxime domesticoz
curam nō habet. fidem negauit: & ē in-
fidei deterior. Vidua eligatur nō mi-
nus seagica annozū. que fuerit unius
uiri uxor: in opribz bonis testimoni-
um habens: si filios educauit. si h̄spi-
rio recepit si sanctorū pedes lauit: si tri-
bulationē paciētibus sumministravit:
si omne opus bonū subsequuta ē. Ad-
ulescentiores aut̄ uiduas deuita. Cum
enim luxuriate fuerit in cristo nubere
uolūt: habentes damnationē: q̄a pri-
mā fidem irrita fecerūt. Simul autē &
ociose discunt circuire domos: nō so-
lum ociose sed & uerbosē & curiosē: lo-
quētes q̄ nō oportet. Uolo aut̄ iunio-
res nubere. filios procreare: matres fa-
milias esse: nullā occasionem dare ad-
uersario maledidi gratia. Nam enim
quedā uere sunt retro sathanan. Si
q̄s fidelis habet uiduas sumministrat
illis ut non grauetur ecclia: ut hijs q̄
uere uidue sūt sufficiat. Qui bene pre-
sunt p̄biteri duplici honore digni
habentur: maxime q̄ laborāt in uerbo
& doctrina. Dicit enim scriptura. Non
infrenabis os boni tricurati. Et dignus
est operarius mercede sua. Aduersus
p̄biterū accusationē noli recipere: ni-
si sub duobz aut tribus testibus. Pec-
cātes corā omnibus argue: ut & ceteri
timorē habeāt. Testor corā deo et cristo
ihesu & ceteris āgelis. ut hec custodias
sine p̄iudicio: nichil faciēs alterā par-
tem declinando. Manus cito nemini
imposueris: neq; comunicaueris pecca-
tis alienis. Teipm̄ castū custodi. Noli
adhuc aqua bibere: sed modico ui-
no uere propter stomachū tuū et fre-
quentes tuas infirmitates. Quorun-
dam hominū peccata manifesta sunt
p̄cedencia ad iudiciū: quos d̄ audeat

subsecuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt: et que aliter se habere abscondi non possunt.

Quicumque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen domini et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos non detrahunt quia fratres sunt: sed magis seruiant quam fideles sunt et dilecti: quam beneficii participes sunt hec doce: et exhortare. Si quis aliter docet: et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri ihesu christi. et ei que secundum pietatem est doctrina: superbus nichil sciens sed languens circa questiones et pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidie detractiones blasphemie suspensiones male-obliterationes hominum mente corruptorum et que veritate priuati sunt: existimantium questum esse pietatem. Est autem questus magnus: pietas cum sufficientia. Nichil enim intulimus in hunc mundum: hanc dubium quam nec auferre quod possumus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur: hijs contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in temptationem et in laqueum dyaboli et desideria inuisibilia et nocua: que mergunt homines in inicitiam et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide: et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hec fuge. Sedare vero iustitiam. pietatem. fidem. caritatem. patientiam. mansuetudinem. Certa bonum certamine: apprehende vitam eternam: in qua vocatus es et desillus bonam confessionem coram multis testibus. Precipio tibi coram deo qui viuificat omnia et christo ihesu qui testimonium reddidit sub potestate pilato bonam confessionem: ut serues mandatum sine macula irreprehensibile usque in aduentum domini nostri ihesu christi: quem suis temporibus ostendet beatus et solus potes rex regum et dominus

dominantium: qui solus habet immortalitatem et lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit sed nec videre potest: cui honor et imperium sempiternum amen. Diuitibus huius seculi precepe non sublimem sapere: neque sperare in incerto diuitiarum sed in deo viuo qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere: diuites fieri in bonis operibus: facile tribuere. et munificare: et aurizare sibi fundamentum bonum in futurum: ut apprehendant vitam eternam. Et thimothee depositum custodi: diuitias perhas uocum nouitates et oppositiones falli notis scientie: quam quidam permittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum amen.

Explicit epistola ad thimothem primam

Incipit argumentum in epistola secunda

Thimothee scribit de exhortatione martirij et omnis regule veritatis: et quod futurus sit temporibus nouissimis. et de sua passione: scribit a roma.

Explicit argumentum in epistola secunda ad thimothem

Aulus apostolus ihesu christi per uoluntatem dei secundum promissionem uite que est in christo ihesu. thimothee carissimo filio: gratia et misericordia et pax a deo patre nostro et christo ihesu domino nostro. Gratias ago deo meo cui seruis a progenitoribus meis in conscientia pura: quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die desiderans te videre memor lacrimarum tuarum ut gaudio implear. Recordationem accipies et fidei que est in te non ficta que et habitauit primum in auia tua loride et matre tua eunice. Certus sum autem quod et in te propter quam causam amoneo te ut resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus

spiritu timoris sed virtutis et dilectio-
nis et sobrietatis. Noli itaque erubescere
testimonium domini nostri neque me
vinculum eius: sed collabora euangelio
secundum virtutem dei. qui nos liberavit et vo-
cavit vocatione sua sancta: non secundum o-
pera nostra sed secundum propositum suum et
gratiam. que data est nobis in christo ihesu
ante tempora secularia. Manifestata est au-
tem nunc per illuminationem saluatoris nostri
ihesu christi: qui destruxit quidem mortem.
illuminavit autem vitam et incorruptio-
nem per euangelium: in quo positus sum
ego predicator et apostolus et magister
gentium. Ob quam causam etiam hoc patior:
sed non confundor. Scio enim cui credidi:
et certus sum quia potestas est depositum
meum servare in illum diem. Formam habe-
sanctorum verborum que a me audisti in fide et
in dilectione in christo ihesu. Bonum depo-
situm custodi per spiritum sanctum qui ha-
bitat in nobis. Scis enim hoc quod averti
sunt a me omnes qui in asia sunt: ex quibus
est phigelus et hermogenes. Deo mise-
ricordiam dominus orneliori domini: quia sepe
me refrigeravit et catenam meam non
erubuit: sed cum romam venisset sollici-
te me quesivit et invenit. Deo illi dominus in-
venire misericordiam a deo in illa die. Et qua-
ta ephesti ministravit michi tu melius
ergo fili mi confortare nosti.
Quare in gratia que est in christo ihesu:
et que audisti a me per istos testes hoc
commenda fidelibus hominibus qui ydo-
nei erunt et alios docere. Labora sicut ho-
nus miles christi ihesu. Memus militans
deo. implicat se negociis secularibus:
ut ei placeat cui se probavit. Nam et qui
certat in agone non coronabitur nisi
legitime certaverit. Laborantem agricola-
m oportet primum de fructibus accipere.
Intellige que dico: dabit enim tibi dominus

in omnibus intellectum. Memus esto dominum
ihesum christum resurrexisse a mortuis ex
semine david secundum euangelium meum in
quo laboro usque ad vincula quasi male
operans: sed verbum dei non est alliga-
tum. Ideo omnia sustineo propter electos: ut
et ipsi salutem consequantur que est in christo
ihesu cum gloria celesti. Fidelis sumus. Nam
si commotus sumus et commutemur: si sus-
tinebimus et regnabimus: si negave-
rimus et ille negabit nos: si non credi-
mus ille fidelis permanet: negare se
ipsum non potest. Hec autem commune
rectificationis coram deo. Noli contendere ver-
bis: ad nichil enim utile est nisi ad sub-
versionem audientium. Sollicite autem
cura te ipsum. probabile exhibere deo: que-
rarium inconcusibile. recte tractate verbum
veritatis. Prophana autem et inanilo-
quia devota. Multum enim proficiunt ad im-
pietatem: et sermo eorum ut ceteris serpit. Ex
quibus est hymentus et philetus: qui a ve-
ritate egredierunt dicentes resurrectionem
esse iam factam: et subvertentur quorundam
fidem. Sed firmum fundamentum dei stat: ha-
bens signaculum hoc. Cognovit domi-
nus qui sunt eius: et discedat ab iniquitate
omnis qui invocat nomen domini. In ma-
gna autem domo non solum sunt vasa au-
rea et argentea. sed et lignea et fictilia: et
quedam quidem in honore: quedam autem in
contumeliam. Si quis ergo emundaverit
se ab istis. erit vas in honore sanctifica-
tum: et utile domino ad omne opus bonum
paratum. Juventilia autem desideria fuge:
sectare vero iustitiam fidem spem et cari-
tatem et pacem cum hiis qui invocant do-
minum de corde puro. Stultas autem et
sine disciplina questiones devota: scias
quia generant lites. Secum autem dominum non
oportet ligare: sed mansuetum esse ad
omnes. docibilem. patientem cum modestia

corripientē eos q̄ resistunt veritati: ne-
quādo deus det illis penitentiam ad
cognoscendam veritatem. et resipi-
scāt a dyaboli laqueis: a quo captiui
teneantur ad ipsius voluntatem.

Hoc autē scito quia in nouissimis
diebus. instabūt tēpora pericu-
losa: et erūt homines seipos amantes.
cupidi. elaci. superbi. blasphemii parenti-
bus nō obediētes. ingrati. scelesti. sine
affectione sine pace. criminatores. in-
continētes. inimicos. sine benignitate
proditores. proterui. cumidi et volu-
ptatum amatores. magis q̄ dei: ha-
bentes speciem quidē pietatis. virtutem
autē eius abnegantes. Et hos deuota.
Et hīs enī sunt q̄ penetrant domos
et captiuas ducunt mulierculas hone-
ratas peccatis. que ducuntur varijs
desiderijs: semp̄ discētes. et nunq̄ ad
scientiā veritatis p̄uenientes. Quē ad-
modū autē iamnes et mambres resis-
terunt moysi. ita et hīs resistunt verita-
ti: homines corrupti mēte. reprobi cir-
ca fidem: sed ultra nō proficiēt. Insi-
pientia enim eorū manifesta erit om̄i-
bus: sicut et illorū fuit. Tu autē assēcu-
tus es meam doctrinā. institutionem.
propositū. fidem longanimitatem di-
lectionē patientiā p̄secutiones passio-
nes: qualia michi facta sunt antiochi-
e yconio listris. quales p̄secutiones
sustinui: et te om̄ibus recipit me dñs.
Et om̄es qui pie volunt vivere in cri-
sto ihesu p̄secutionē patient. Mali autē
homines et seductores proficiēt in
pius: errantes et in errorem mittentes.
Tu vero p̄mane in hīs que didicisti.
et credita sunt tibi: sciens a quo didice-
ris. et q̄a ab infantia sacras litteras
nostri. que te possunt instruere ad salu-
tem p̄ fidem que ē in cristo ihesu. Om̄is

scriptura diuinitus inspirata. utilis ē
ad docendū. ad arguēdū. ad corripiēdū.
ad erudiēdū i iusticia: ut p̄fect⁹ sit
homo dei ad om̄e op⁹ bonū instructus.

Estificor corā deo et ihu cri-
sto q̄ iudicatur⁹ ē uiuos et mor-
tuos. et aduentū ipsius et regnū eius:
predica uerbū iusta oportune impor-
tune. argue. obsecra. increpa in om̄i
patientia et doctrina. Scit enim tēpus
cum sanam doctrinā nō sustinebunt:
sed ad sua desideria coacerabunt tibi
magistros pruriētes auribz: et a veri-
tate quidē auditū auertent. ad fablas
autē auertentur. Tu uero uigila. om̄i-
bus labora: opus fac euangeliste. mi-
nisteriū tuum imple. sobri⁹ esto. Ego
enī iam delibor: et tempus resolutionis
mee instat. Bonū certamen certavi:
cursum consummaui: fidem euasi. In
reliquis reposita ē michi corona iusti-
cie: quā reddet michi dñs i illa die iu-
stus iudex. Nō solum autē michi: sed et
hīs qui diligūt aduentū ei⁹. Festina
ad me uenire cito. Denas enī me reli-
quit diligens hęc sedm et abiit thessa-
lonicam. crescens i galaciā. thicus in
dalnaciā: lucas ē mecum solus. Mar-
cum assume et adduc tecum: est enim mi-
chi utilis in ministerio. Thichicū autē
misi ephelum. Penulā quā reliqui tro-
ade apud carpū ueniēs affer tecum et
libros: maxime autē membranas. Al-
legāder crari⁹ mltā mala michi ostē-
dit: reddet illi dñs scdm̄ opera ei⁹: quē
et tu deuota. Valde enim resistit uobis
nostris. In prima mea defensione. ne-
mo michi affuit. sed om̄es me dereli-
querūt: nō illis reputet. Dñs autē mi-
chi affuit et confortauit me ut p̄ me p̄di-
cario impleretur: et audiāt om̄es gentes
et liberat⁹ sum de ore leonis. Liberauit

me dñs ab omni opere malo. et saluū
faciet in regnū suū celeste: cui gl'a in se-
cula seculorū amen. Saluta priscillā
et aquilam: et onisifori domū. Erastus
remansit corinthi: trophimū autē reli-
qui infirmū mileti. Festina ante hye-
nem venire. Saluant te eubolus et
pudens et linus et claudia: et fratres
omnes. Dñs ihesus christus cum spiri-
tu tuo. Gratia vobiscū amen.

Epistola secunda ad theodosium imperatorem

Epistola ad theodosium imperatorem

Thyrum cōmone facit et in-
stituit de cōstitutione p̄sbi-
teri et de spiritali conuer-
satione et hereticis vitan-
dis: et traditōnibz iudaicis credūt: scri-
bens ei a nycopoli.

Aulus serus dei apo-
stolus autē ihesu cri-
sti secundū fidem ele-
ctorum dei et agnitō-
nem veritatis. que
secundū pietatē est i

spem vite eterne: quā promissit qui nō
mentitur deus ante temporalia seclaria.
manifestauit autē tēporibz suis verbū
suū in p̄dicatione. que credita ē michi
scdm̄ p̄ceptum saluatoris nostri dei:
thyro dilecto filio scdm̄ communē fidē
gratia et pax a deo patre et christo ihesu
saluatore nostro. Qui rei gratia reli-
qui te cete ut ea que desunt corrigas:
et cōstituas p̄ ciuitates p̄sbiteros sicut
et ego disposui tibi si quis sine crimi-
ne unius uxoris vir: filios habens fi-
deles non in accusatione luxurie aut
nō subditos. Oportet etiā episcopū si-
ne crimine esse sicut dei dispensatorem:
non superbū nō iracundū non vino-
lectum nō p̄cullorem. nō turpis lucci

cupidū: sed hospitale benignū. sobriū.
iustum. s̄ctum. cōtinentē. amplecten-
tem eū qui scdm̄ doctrinā ē fidelem ser-
monē: ut potēs sit exhortari i doctrina
sana. et eos qui contradicunt arguere.
Sūt etiā multi etiā inobedientes. vani-
loqui et seductores. maxime qui de cir-
cumcisione sunt quos oportet red ar-
gui: qui vniuersas domos subuertūt.
docentes q̄ nō oportet turpis lucci gra-
tia. Dixit quidā ex illis prius iporū
propheta. Creentes semper mendaces
male bestie ventris pigri. Testimonium
hoc verum est. Quā ob causam incre-
pa illos dure ut sani sint in fide: non
intendētes iudaicis fabulis et mādatis
hominū auerlatiū se a veritate. Omnia
munda mundis: cōiūgnatis autē et
infidelibz. nichil ē nūdū: sed inūgnate
sunt eorum et mens et consciētia. Con-
fitemē se nosse deum factis aut negar:
cum sint abominati et incredibiles et
ad omne opus bonum reprobī.

Qu autē loquere que decet sanā
doctrinā. Senes ut sobrii sint:
pudici. prudētes. sani in fide: in dilecti-
one i paciētia. Anus similiter i habitu
sando: nō criminatīces. non multo
vino seruētēs: bene docentes ut pruden-
tiam doceāt. Adolescentulas. ut viros
suos ament: filios suos diligāt: pru-
dentes. castas. sobrias domū curā ha-
bētes: benignas. subditas viris suis:
ut non blasphemetur verbū dei. Iuue-
nes similiter hortare ut sobrii sint. In
omnibus tēp̄m prebe exemplū bonorū
operū: in doctrina. i integritate. in gra-
uitate. Verbū sanū irreprehensibile: ut
is qui ex aduerso ē reccatur: nichil ha-
bens malū dicere de nobis. Senes
dñs suis subditos esse in omnibz pla-
centes: nō traditētes. nō fraudātes.

sed in omnibus fidem bonam ostendentes:
ut doctrinam saluatoris nostri dei omnem
in omnibus. Apparuit etiam gratia dei
et saluatoris nostri omnibus homi-
nibus erudiens nos: ut abnegantes
impietatem et secularia desideria. So-
brie et iuste et pie vivamus in hoc se-
culo: expectantes beatam spem et ad-
ventum glorie magni dei et saluato-
ris nostri ihesu christi: qui dedit semetipsum
pro nobis ut nos redimeret ab omni
iniquitate: et munderet sibi populum acce-
ptabilem sectatorem bonorum operum.
Hec loquere et exhortare: et argue cum
omni imperio. Amen te dicitur.

Ammone illos principibus et po-
testatibus subditos esse: dicto ob-
bedire: ad omne opus bonum paratos esse:
nemine blasphemare. non litigiosos
esse. sed modestos: omnem ostendentes
mansuetudinem ad omnes homines. Exam-
en aliquando et nos insipientes increduli
errantes servientes desideriis et volupta-
tibus variis: in malicia et invidia agere:
odibiles. odientes iniuriam. Cum autem beni-
gnitas et humanitas apparuit salua-
toris nostri dei non ex operibus iusticie que
fecimus nos sed secundum suam misericordiam
salvos nos fecit per lavacrum regenerati-
onis et renovationis spiritus sancti quem
effudit in nos abunde per ihesum christum
salvatore nostrum: ut iustificati gratia
ipsius heredes simus secundum spem vite eter-
ne. Fidelis sermo est. Et de his volo te
confirmare: ut curent bonis operibus pre-
esse que credunt deo. Hec sunt bona et utilia
hominibus. Stultas autem questionum.
et genealogias et detractiones et pugnas
legis devota. Sunt enim inutiles et vane.
Hericum hominem post unam et secundam
correctionem devota: sciens quia submissus
est qui eiusmodi est: et delinquit cum sit

proprio iudicio condemnatus. Cum mise-
ro ad te arteman aut tythicum: festina
ad me venire nicopolim. Ibi enim statui
hyemare. Zenam legisperitum et appol-
lo sollicitate premitte: ut nichil illis desit.
Discant autem et nostris bonis operibus pre-
esse ad usus necessarios: ut non sint in-
fructuosi. Salutant te qui mecum sunt om-
nes. Saluta eos qui nos amant in fide.
Gratia dei cum omnibus vobis amen.

Philemoni familiares lit-
teras facit per Onesimum ser-
vum suum: scribens ei ab ur-
be roma de carcere per su-
prescriptum Onesimum.

Paulus vincens cri-
sti ihesu et thimothe-
us frater: philemo-
ni dilecto adiutori
nostro. et appie sorori
carissime et arcippo
comilitoni nostro: et ecclesie que in domo
tua est. Gratia vobis et pax a deo pa-
tre nostro: et domino ihesu christo. Gratias a-
go deo meo semper memoriam tuam faciens
in orationibus meis audiens carita-
tem tuam et fidem quam habes in domino ihe-
su et in omnes sanctos: ut communicatio
fidei tue evidens fiat in agnitione omnis
operis boni in christo ihesu. Haudum enim
magnum habui et solationem in caritate
tua: quia viscera sanctorum requieverunt per
te frater. Propter quod multam fiduciam
habens in christo ihesu imperandi
tibi quod ad rem pertinet: propter carita-
tem magis obsecro cum sis talis ut pau-
lus senex nunc autem et vincens ihesu christi:
obsecro te per meo filio quem genui in vin-
culis Onesimo qui tibi aliquando inutilis

fuit: nunc autem et michi et tibi utilis: quem remisi tibi. Tu autem illum ut mea viscera suscipe. Quem ego volueram mecum detinere: ut pro te michi ministraret in vinculis euangelij. Sine consilio autem tuo nichil volui facere: uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset: sed voluntarium. For- sitan enim ideo discessit ad horam a te: ut eternum illum reciperes: iam non ut seruum sed pro seruo carissimum fecim: maxime michi. Quanto autem magis tibi: et in carne et in domino. Si ergo habes me socium: suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet: hoc michi imputa. Ego paulus scripsi mea manu. Ego reddam: ut non dicam tibi quod et tempus michi debes. Ita frater ego te seuar in domino: refice viscera mea in christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: scies quoniam et super id quod dico facies. Simul et para michi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis. Saluat te epaphras captivus noster in christo ihesu: marcus aristarchus demas et thimas adiutores mei. Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu vestro amen.

Explicit epla ad philomoneum incipit epla ad thessalonicenses

In primis dicendum est cur ap-
 plus paulus in hac epla scribendo non servaverit
 nomen suum: ut vel vocabulum nominis
 sui vel ordinis describeret dignitatem.
 Hec causa est quod ad eos scribens qui ex cir-
 cuncisione crediderant quasi gentium apo-
 stolus et non hebreorum: sciens quodque eos
 superbiam suamque humilitatem ipse dem-
 stras meritum officij sui noluit ostendere.
 Nam simili modo etiam iohannes ap-
 plus propter humilitatem in epla sua nomen
 suum eadem ratione non pretulit. Hanc ergo
 eplam fertur apostolus ad hebreos con-
 scriptam hebraica lingua misisse: cuius

seculum et ordinem retinens lucas euan-
 gelista post excessum apostoli pauli
 greco sermone composuit. *Explicit ar-
 gumentum hanc epla ad hebreos*



Multipharie multisque
 modis olim deus
 loquens patribus in
 prophetis: novissi-
 me diebus istis locu-
 tus est nobis in filio

quem constituit heredem universorum: per quem
 fecit et secula. Qui cum sit splendor glorie
 et figura substantie eius: portansque omnia
 verbo virtutis sue purgationem pecca-
 torum faciens: sedet ad dexteram maiesta-
 tis in excelsis tanto melior angelis ef-
 fectus: quanto differetius pre illis no-
 men hereditavit. Cui cum dixit aliquan-
 do angelorum filius meus es tu ego ho-
 die genui te. Et rursum. Ego ero illi in
 patrem: et ipse erit michi in filium. Et cum
 iterum introducit primo genitum in orbem
 terre dicit. Et adorent eum omnes an-
 geli dei. Et ad angelos quidem dicit.
 Qui facit angelos suos spiritus: et mi-
 nistros suos flammam ignis. Ad filium
 autem. Thronus tuus deus in seculum
 seculi: virga equitatis virga regni tui.
 Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem:
 propterea unxit te deus deus tuus o-
 leo exultationis pre participibus tuis.
 Et tu in principio digne terram fundasti:
 et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi
 peribunt tu autem permanebis: et omnes
 ut vestimentum veterascent. Et velut a-
 mictum mutabis eos et mutabuntur:
 tu autem idem ipse es: et anni tui non
 deficient. Ad quem autem angelorum di-
 xit aliquando sede a dextris meis: quo-
 adusque ponam inimicos tuos scabellum
 pedum tuorum. Nonne omnes sunt ministra-
 torum spiritus: et ministerium unum propter

eos qui hereditatem capiunt salutis?
Propterea abundantius oportet
obseruare nos ea que audiuimus:
ne forte pessimum. Si enim qui per ange-
los dictus est sermo factus est firmus. et
si omnis per uariationem et inobedientiam ac-
cepit iustam mercedis retributionem: quo-
modo nos effugiemus si tantam neglexeri-
mus salutem? Que cum incipit accepisset
enarrari per dominum: ab eis que audierunt in-
nos confirmata est: testate deo signis et po-
tentis et variis virtutibus et spiritus san-
cti distributionibus secundum suam uoluntatem.
Non enim angelis subiecit deus orbem
terre futurum: de quo loquuntur. Testatus
est autem in quodam loco que dices. Quid
est homo qui memor es eius: aut filius
hominis quoniam uisitas eum? Minuisti
eum paulo minus ab angelis: gloria
et honore coronasti eum: et constituisti
eum super opera manuum tuarum. Omnia
subiecisti sub pedibus eius. In eo enim
quod omnia ei subiecit: nichil dimisit non
subiectum ei. Nunc autem necdum uidemus
omnia subiecta ei. Cum autem que modico
que angeli minoratus est uidemus ihesum:
propter passionem mortis gloria et honore
coronatum: ut gratia dei pro omnibus
gustaret mortem. Decebat enim eum pro-
pter que omnia et pro que omnia: que mul-
tos filios in gloriam adduxerat: aucto-
rem salutis eorum pro passionem consummare.
Qui enim sanctificat et qui sanctificatur:
eum uno omnes. Propter quam causam
non confunditur fratres eos uocare di-
cens. Filii abo nomine tuum fratribus me-
is: in medio ecclesie laudabo te. Et ite-
rum. Ego eto fidens in eum. Et iterum. Ecce
ego et pueri mei: quos dedit michi de-
us. Quia ergo pueri communicauerunt
carni et sanguini: et ipse similiter parti-
cipauit eisdem: ut pro mortem destrueret

eum qui habebat mortis imperium id est
dyabolum: et liberaret eos qui timore
mortis pro totam uitam obnoxij erant futu-
ri. Multos enim angelos apprehendit:
sed semetipsum abrahe apprehendit. Unde
debit pro omnia fratribus similari: ut
misericos fieret et fidelis pontifex ad
deum: ut repropitiaret delicta populi. In eo
enim in quo passus est ipse et temptatus: po-
tes est et eis que temptant auxiliari.

Unde fratres sancte uocationis celestis
participes. Considerate apostolum et pon-
tificem confessionis nostre ihesum: que fide-
lis est ei qui fecit illum: sicut et moyses
in omni domo eius. Amplioris enim
glorie iste pro moysse dignus est habitus:
quanto ampliore honore habet domus
qui fabricauit illam. Omnis namque do-
mus fabricatur ab aliquo. Qui autem
omnia creauit. Deus. Et moyses quidem
fidelis erat in tota domo eius tanquam sa-
mulus in testimonium eorum que dicenda
erant: testis uero tanquam filius in domo
sua. Que domus sumus nos: si fidu-
ciam et gloriam spei usque ad fidem fir-
mam retineamus. Quapropter sicut di-
xit spiritus sanctus hodie si uocem au-
dicitis nolite obdurare corda uestra: si-
cut in exacerbatione secundum diem tempta-
tionis in deserto. Ubi temptauerunt
me patres uestri: probauerunt et uiderunt
opera mea quadraginta annis. Pro-
pter quod infensus sui generationi huic:
et dixi semper errant corde. Ipsi autem non
cognouerunt uias meas: quibus irra-
ui in ira mea si incoibunt in requiem
meam. Videte fratres: ne forte sit in ali-
quo uestrum cor malum incredulitatis dis-
cedendi a deo uiuo. Sed adhortami-
ni uosmetipsos pro singulis diebus donec
hodie cognominat ut non obduretur
que et uobis fallacia peccati. Participes

enim cristi effecti sumus: si tamen inci-
um substantie ei⁹ usq; ad fine firmum
retineamus: du⁹ dicit hodie si vocem
ei⁹ audieritis nolite obdurare corda
vestra quemadmodu⁹ in illa exacerbatio-
ne. Quidam enim audientes exacerbaue-
runt: sed non universi q⁹ profecti sunt ab
egypto p⁹ moysen. Quibus autem infens⁹
est quadraginta annis: Nonne illis qui
peccaverunt: quoru⁹ cadauera p⁹strata
sunt in deserto? Quibus autem iuravit
non introire in requie⁹ ipsius: nisi illis
qui increduli fuerunt? Et videmus qui-
a non potuerunt introire in requiem
ipsius propter incredulitatem.

Concedamus ergo: ne forte relicta
solicitatione introeundi in requie⁹
eius. existimet aliquis se nobis deesse.
Et tunc et nobis nunciatum est quemadmo-
seruabo te ab hora temptationis que ventura est in orbem uniuersum temptare habitantes in terra. Ecce venio cito. Tene quod habes: ut nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit faciam illum columnam in templo dei mei: et foras non egredietur amplius. Et scribam super eum nomen dei mei et nomen ciuitatis dei mei noue iherusalem que descendit de celo a deo meo: et nomen meum nouum. Qui habet aurem audiat: quid spiritus dicat ecclesijs. Et angelo laoditie ecclesie scribe. Hec dicit amen testis fidelis et verus: qui est principium creature dei. Scio opera tua: quia neque frigidus es neque calidus. Finiam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es et nec frigidus nec calidus: incipiam te euomere ex ore meo: quia dicitis quod diues sum et locupletatus et nullius egeor: et nescis quia tu es miser et miserabilis: et pauper et cecus et nudus. Suadeco tibi emere a me aurum ignitum probatum ut locuples fias: et vestimentis albis induaris ut non appareat confusio nuditatis tue: et colligis in ungue oculos tuos ut videas. Ego quos amo: arguo et castigo. Emulare ergo: et penitentiam age. Ecce sto ad ostium et pulso. Si quis audierit vocem meam et aperuerit michi ianuam intrabo ad illum: et cenabo cum illo: et ipse mecum. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut et ego vici et sedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem audiat: quid spiritus dicat ecclesijs.

Post hec vidi: et ecce ostium apertum in celo: et vox prima quam audivi tanquam tube loquens mecum dicens. Ascende huc: et ostendam tibi que oportet fieri cito. Post hec statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedens. Et qui sedebat similis erat

aspectui lapidis iaspidis et sardinis et yris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: et supra thronos viginti quatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedunt fulgura et voces et tonitrua: et septem lampades ardentes ante thronum qui sunt septem spiritus dei. Et in aspectu sedis tanquam mare vitreum simile cristallo: et in medio sedis et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro. Et animal primum simile leoni et secundum simile vitulo: et tertium animal habens faciem quasi hominis: et quartum animal simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas: et in circuitu et intus plena sunt oculis. Et requiem non habebant die ac nocte dicentia sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens: qui erat et qui est et qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventium in secula seculorum: procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno et adorabant viventem in secula seculorum: et mittebant coronas suas ante thronum dicentes. Dignus es domine deus noster accipere gloriam et honorem et virtutem: quia tu creasti omnia: et propter voluntatem tuam erant et creata sunt.

Et vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus et foris: signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem et predicantem voce magna. Quis est dignus aperire librum et solvere signacula eius? Et nemo poterat neque in celo neque in terra neque sub terram aperire librum: neque respicere illum. Et ego flebam multum: quoniam nemo dignus

inventus est aperire librum: nec videre eum. Et unus de senioribus dixit michi. Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu iuda et dixit david aperire librum et solvere septem signacula eius. Et vidi: et ecce in medio throni et quatuor animalium et in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem et oculos septem: qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum: quatuor animalia et viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli cytharas et fialas aureas plenas odorum: qui sunt orationes sanctorum: et cantabant canticum novum dicentes. Dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius: quoniam occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione: et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabimus super terram. Et vidi: et audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum: et erat numerus eorum milia milium dicentium voce magna. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem et divinitatem et sapientiam: et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem. Et omnem creaturam que in celo est et super terram et sub terra: et qui sunt in mari et qui in eo: omnes audivi dicentes sedentem in throno et agno. Benedictio et honor et gloria et potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: et adoraverunt viventem in secula seculorum.

Et vidi quod aperuisset agnus unum de septem sigillis: et audivi unum de quatuor animalibus dicens tanquam vocem tonitruum. Veni et vide.

Et vidi: et ecce equus albus. et qui sedebat sup illū habebat arcū. et data est ei corona: et egit ut vinceret. Et cū aperuisset sigillū scdm: audiui scdm animal dicens. Veni et vide. Et egit alius equus rufus: et q̄ sedebat sup illū datū est ei ut sumeret pacē de terra. et ut inuicem se interficiant: et datus est ei gladius magnus. Et cū aperuisset sigillū tertium: audiui tertium animal dicens. Veni et vide. Et ecce equus niger: et q̄ sedebat sup illū habebat stateram in manu sua. Et audiui tanq̄ vocem i medio quatuor animalium dicentium. Bilibris tritici denario uno: et tres bilibres ordi denario uno: et vinū et oleum ne leseris. Et cū aperuisset sigillū quartū audiui vocē quarti animalis dicentis. Veni et vide. Et ecce equus pallidus: et q̄ sedebat sup eū nomen illi mors: et infernus sequebatur eum. Et data ē illi potestas sup quatuor partes terre: interficere gladio fame et morte et bestiis terre. Et cū aperuisset sigillū quintū: vidi subtus altare animas interfectorū: p̄pter verbū dei: et p̄pter testimoniū qd̄ habebāt. Et clamabant voce magna dicētes. Usquequo dñe sand⁹ et verus non iudicas et nō vindicas sāguinē nr̄m de hys q̄ habitant i terra? Et date sunt illis singule stole albe: et dictū est illis ut requiescerent adhuc tēpus modicū: donec compleant̄ consecrui eos: et fratres eorū qui interficiendi sunt sicut et illi. Et vidi cū aperuisset sigillū sextū: et ecce terre mot⁹ magnus fact⁹ est. Et sol factus est niger tanq̄ saccus cilicīn⁹: et luna tota facta est sicut sanguis: et stelle de celo ceciderūt sup̄ terram sicut ficus emittit grossos suos cū a vento magno mouer̄. Et celū recessit sicut liber inuoluer⁹:

et om̄is mons et insule de locis suis motę sunt. Et reges terre et principes et tribuni et diuites et fortes et om̄is seruus et liber abscondit se i speluncis et in petris montiū: et dicunt montibz et petris cadite sup nos. et abscondite nos a facie sedentis sup thronū et ab ira agni: quū uenit dies magnus ire ipsorum. Et quis poterit stare?

Post hec vidi quatuor angelos stantes sup quatuor angulos terre: tenētes quatuor uentus terre ne flarēt sup terram: neq; sup mare neq; i ullā arborem. Et vidi alterū angelū ascendentem ab ortu solis habentē signum dei uiuī: et clamauit voce magna: quatuor angelis quibus datū est nocere terre et mari dicens. Nolite nocere terre et mari neq; arboribus: quoadusq; signaueris uos dei nr̄i in frontibus eorum. Et audiui numerū signatorū: centūquadragintaquatuor milia signati sūt om̄i tribu filiorū isrl̄. Et tribu iuda: duodecim milia signati. Et tribu ruben: duodecim milia signati. Et tribu gad: duodecim milia signati. Et tribu aser: duodecim milia signati. Et tribu neptalim: duodecim milia signati. Et tribu manasse: duodecim milia signati. Et tribu symeon: duodecim milia signati. Et tribu leui: duodecim milia signati. Et tribu sathar: duodecim milia signati. Et tribu zabulon: duodecim milia signati. Et tribu ioseph: duodecim milia signati. Et tribu beniamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat cū omnibus gētibz et tribubz et pplis et linguis: stantes ante thronū et in cōspēctū agni amicti stolis albis: et palme i manibus eorū. Et clamabant voce magna dicentes.

Salus deo nro: qui sedet super thronum
 et agnus. Et omnes angeli stabant in cir-
 cuitu throni et seniorum et quatuor animalium:
 et ceciderunt in conspectu throni in facies
 suas: et adorauerunt deum dicentes amen.
 Benedictio et claritas et sapientia et gra-
 tiarum actio: honor et virtus et fortitudo
 deo nro: in secula seculorum amen. Et re-
 spondit unus de senioribus: et dixit michi.
 Vii qui amicti sunt stolis albis qui sunt
 et unde uenerunt? Et dixi illi. Domine mi-
 tu scis. Et dixit michi. Vii sunt qui uene-
 runt de tribulatione magna: et lauerunt
 stolas suas: et dealbauerunt eas in sangui-
 ne agni. Ideo sunt ante thronum dei: et serui-
 ent ei die ac nocte in templo eius: et qui
 sedet in throno habitabit super illos.
 Non esurient neque sitiet amplius: neque
 cadet super illos sol neque ullus estus:
 quoniam agnus qui in medio throni est reget
 illos: et deducet illos ad uice fontes a-
 quarum: et absterget deus omnem
 lacrimam ab oculis eorum. viii

Et cum aperuisset sigillum septimum: fa-
 ctum est silentium in celo quasi me-
 dia hora. Et uidi septem angelos stantes
 in conspectu dei: et date sunt illis septem
 tube. Et alius angelus uenit et stetit ante
 altare habens thuribulum aureum: et da-
 ta sunt illi incensa mista: ut daret de or-
 rationibus sanctorum omnium supra altare
 aureum quod est ante thronum dei. Et ascendit
 fumus incensorum de orationibus sancto-
 rum de manu angeli: coram deo. Et ac-
 cepit angelus thuribulum aureum: et imple-
 uit illud de igne altaris et misit in ter-
 ram: et facta sunt tonitrua et uoces et ful-
 gura et terre motus magnus: et septem
 angeli qui habebant septem tubas para-
 uerunt se ut tuba canerent. Et primus
 angelus tuba cecinit. Et facta est grando
 et ignis: mixta in sanguine: et missum est

in terram. Et tertia pars terre combusta
 est: et tertia pars arborum cremata est:
 et omne fenum uiride combustum est. Et se-
 cundus angelus tuba cecinit: et tanquam
 mons magnus igne ardens missus est
 in mare. Et facta est tertia pars maris
 sanguis: et mortua est tertia pars creatu-
 re eorum que habebant animas in mari: et
 tertia pars nauium interijt. Et tertius
 angelus tuba cecinit: et cecidit de celo stel-
 la magna ardens tanquam facula. Et ceci-
 dit in tertiam partem fluminum et in fontes
 aquarum: et nomen stelle dicitur absinthium.
 Et facta est tertia pars aquarum in ab-
 sinthium: et multi hominum mortui sunt de
 aquis: quia amare facte sunt. Et quartus
 angelus cecinit: et percussa est tertia pars
 solis et tertia pars lune et tertia pars
 stellarum: ita ut obscuraretur tertia pars
 eorum: et dici non luceret pars tertia et
 nodi similiter. Et uidi: et audiui uocem
 unius aquile uolantis per medium celum di-
 cētis uoce magna. *Ue ue ue habitan-
 tibus in terra de ceteris uocibus tuum angelo-
 rum: qui erant tuba canentium.* ix

Et quintus angelus tuba cecinit: et
 uidi stellam de celo cecidisse in
 terram: et data est ei clavis putei abyssi.
 Et aperuit puteum abyssi: et ascendit
 fumus putei sicut fumus fornacis ma-
 gne: et obscuratus est sol et aer de fumo
 putei. Et de fumo putei eiecit locuste
 in terram: et data est illis potestas sicut
 habent potestatem scorpiones terre. Et
 preceptum est illis ne ledereent fenum terre
 neque omne uiride neque omnem arborem:
 nisi tantum homines qui non habent signum
 dei in frontibus suis. Et dictum est eis ne oc-
 cidant eos: sed ut cruciarent mensibus
 quinque. Et cruciatus eorum ut cruciatus
 scorpionum: cum percutit hominem. Et in die-
 bus illis querent homines mortem et non

inuenient eam: et desiderabunt mori: et fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarum similes equis paratis ad plium: et super capita earum tanquam corone similes auro: et facies earum tanquam facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum: et dentes earum sicut dentes leonum erant. Et habebant loricas sicut loricas ferreas: et vox alarum illarum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum. Et habebant caudas similes scorpionum: et aculei erant in caudis earum: et potestas earum nocere hominibus membris quomodo. Et habebant super se regem angelum abissi cui nomen hebraice labaddon. Et unum abijt: et ecce ueniunt adhuc duo uel post haec. Et secutus angelus tuba recinuit: et audiui uocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei quod est ante oculos dei: dicentem secundo angelo qui habebat tubam. Solue quatuor angelos qui allegati sunt in flumine magno eufrateni. Et soluti sunt quatuor angeli qui parati erant in hora et diem et mensem et annum: ut occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus uicies milies dena milia: et audiui numerum eorum: et ita uidi equos in uisione. Et qui sedebant super eos habebant loricas igneas et iacintinas et sulphureas: et capita equorum erant tanquam capita leonum: et de ore eorum procedit ignis et fumus et sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum: de igne et de fumo et sulphure qui procedebat ex ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est: et in caudis eorum. Nam caudae eorum similes serpentibus habentes capita: et in his nocent. Et ceteri homines qui non sunt occisi in his plagis neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum ut non adorarent demonia

et simulacra aurea et argentea et creta et lapidea et lignea quae neque uidere possunt neque audire neque ambulare: et non egerunt penitentiam ab homicidijs suis neque a beneficijs suis neque a fornicatione sua: neque a furtis suis.

Et uidi alium angelum fortem descendentem de celo amidum nube: et uisus in capite eius. Et facies eius erat ut sol: et pedes eius tanquam columna ignis. Et habebat in manu sua libellum apertum: et posuit pedem suum dexterum supra mare: sinistram autem super terram: et clamauit uoce magna quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset: locustae sunt septem tonitrua uoces suas. Et cum locustae fuissent septem tonitrua uoces suas: et ego scripturus eram. Et audiui uocem de celo dicentem michi. Signa quae locustae sunt septem tonitrua: et uoli ea scribere. Et angelus quem uidi stantem supra mare et supra terram leuauit manum suam ad celum et iurauit per uiuentem in secula seculorum quod creauit celum et ea quae in eo sunt et terram et ea quae in ea sunt et mare et ea quae in eo sunt: quia tempus non erit amplius: sed in diebus uocis septem angeli cum ceperit tuba canere: consummabit misterium dei sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Et audiui uocem de celo iterum loquentem mecum et dicentem. Uade: et accipe librum apertum de manu angeli stantis supra mare et super terram. Et abijt ad angelum dicens ei ut daret michi librum: et dixit michi. Accipe librum et deuora illum: et faciet amaricari uenter tuum: sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi librum de manu angeli et deuoraui illum: et erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorasset eum: amaricatus est uenter meus. Et dixit michi. Exportet te interuenerunt prophetare gentibus et populis

et linguis et regibus multis. **Et** datus est michi calamus similis virge: et dictum est michi. Surge: et metire templum dei et altare: et adorantes in eo. **At**terium vero quod est foris replum rice foras et ne metiaris illud: quoniam datum est gentibus. **Et** civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. **Et** dabo duobus testibus meis: et pphetabunt diebus milleducenstessaginta annis. **Et** hi sunt due olive et duo randelabra in conspectu domini terre stantes. **Et** si quis voluerit eos nocere: ignis egerit de ore eorum et devorabit inimicos eorum: et si quis voluerit eos ledere sic oportet eum occidi. **Et** hi habent potestatem claudendi celum ne pluat diebus prophetie illorum: et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem: et percussere terram omni plaga quotienscumque voluerint. **Et** cum finierint testimonium suum bestia que ascendit de abyssu faciet adversus eos bellum: et vincet illos: et occidet eos. **Et** corpora eorum iacebunt in plateis civitatis magne que vocatur spiritualiter sordonia et egiptus: ubi et dominus eorum crucifixus est. **Et** videbunt de tribubus et de populis et linguis et gentibus corpora eorum non sument poni in monumentis. **Et** inhabitantes terram gaudebunt super illos et iocundabuntur: et munera mittent in uterum: quoniam hi duo prophete cruciaverunt eos que inhabitabant super terram. **Et** post dies tres et dimidium spiritus vite a deo mittent in eos. **Et** steterunt super pedes suos: et timor magnus cecidit super eos que viderunt eos. **Et** audierunt vocem magnam de celo: dicentem eis. Ascendite huc. **Et** ascenderunt in celum in nube: et viderunt illos inimici eorum. **Et** in illa hora factus est terre motus magnus: et decima

pars civitatis occidit. **Et** occisi sunt in terre motu nomina hominum septem milia: et reliqui in timore sunt missi: et dederunt gloriam deo celi. **Et** secundum abiit: et ecce ve tercius veniet cito. **Et** septimus angelus tuba cecinit: et facte sunt voces magne in celo dicentes. Factum est regnum huius mundi domini nostri et christi eius: et regnabunt in secula seculorum amen. **Et** viginti quatuor seniores que in conspectu dei sedent in sedibus suis: reciderunt in facies suas: et adoraverunt deum dicentes. Gratias agimus tibi domine deus noster omnipotens: qui es et que eras et qui veterus es: quia accepisti virtutem tuam magnam et regnavisti. **Et** irate sunt gentes: et advenit ira tua: et tempus mortuorum iudicari: et reddere mercedem servis tuis prophetis et sanctis et timentibus nomen tuum pusillis et magnis: et exterminandi eos qui corruerunt terram. **Et**

Et apertum est templum dei in celo: et visa est archa testamenti eius in templo eius. **Et** facta sunt fulgura et voces: et terre motus et grando magna. **Et** signum magnum apparuit in celo. **Mulier** amicta sole: et luna sub pedibus eius: et in capite eius corona stellarum duodecim. **Et** in utero habens et clamabat parturiens: et cruciatur ut pariat. **Et** visum est aliud signum in celo. **Et** ecce draco magnus rufus habens capita septem et cornua decem: et in capitibus eius septem dyadematata: et cauda eius traherat terciam partem stellarum celi et misit eas in terram. **Et** draco stetit ante mulierem que erat paritura: ut cum peperisset filium eius devoraret. **Et** peperit filium masculum: que redurus erat omnes gentes in virga ferrea. **Et** raptus est filius eius ad deum et ad thronum eius: et mulier fugit in solitudinem ubi habebat locum paratum a deo: ut ibi pascat

eam diebus mille ducētis sexaginta. Et
 factum ē preliū magnū in celo. Micha-
 hel et angeli eius p̄liabant cū draco-
 ne: et draco pugnabat et angeli ei⁹ et
 non valuerūt: neq; locus inuentus ē
 amplius eorū in celo. Et proiectus est
 draco ille magnus. serpens antiquus.
 qui vocabat̄ dyabolus et sathanas.
 qui seducit uniuersum orbem: et piectus
 est in terrā: et angeli ei⁹ cum illo missi
 sunt. Et audiui uocē magnā in celo di-
 centē. Nūc facta est salus et uirtus et
 regnū dei nr̄i et potestas cristi ei⁹: q̄a
 proiectus est accusator fratru nr̄orū:
 qui accusabat illos ante cōspetum dei
 nostri die ac nocte. Et ip̄i uicerunt eū
 propter sanguinē agni et p̄pter uerbū
 testimoniū sui: et nō dilexerūt animas
 suas usq; ad mortē. Propterea leta-
 mini celi: et q̄ habitatis in eis. Et terre
 et mari: quia descendit dyabolus ad
 uos habens irā magnā: sciens q̄ mo-
 dicū tēpus habet. Et postq; uidit dra-
 co q̄ proiectus esset in terrā: p̄secutus
 est mulierē que peperit masculū. Et da-
 te sūt mulieri ale due aquile magne:
 ut uolaret in desertū in locū suū: ubi a-
 litur p̄ tempus et tēpora et dimidium
 temporis a facie serpētis. Et misit ser-
 pēs ex ore suo post mulierē aquā tāq; q̄
 flumen: ut eā faceret trahi a flumine.
 Et adiuit terra mulierē: et aperuit ter-
 ra os suū et absorbit flumen: quod
 misit draco de ore suo. Et irat⁹ ē dra-
 co in mulierē: et abiit facere preliū cū re-
 liquis de semine ei⁹ q̄ custodiūt man-
 data dei: et habēt testimoniū ih̄u cristi.
 Et stetit sup arenam maris.

Et uidi de mari bestia ascendente
 habentem capita septē et cornua
 decem: et sup cornua ei⁹ decē dyadema-
 ta: et sup capita ei⁹ nomina blasphemā.

Et bestia quā uidi similis erat pardō:
 et pedes eius sicut pedes ursi: et os ei⁹
 sicut os leonis. Et dedit illi draco uir-
 tutem suā et potestatem magnā. Et ui-
 di unū de capitibus suis quasi occisum
 in mortem: et plaga mortis ei⁹ curata
 est. Et ammirata est uniuersa terra post
 bestia. Et adorauerūt draconē qui de-
 dit potestatem bestie: et adorauerūt be-
 stiam dicentes. Quis similis bestie: et
 quis poterit pugnare cū illa? Et datū
 est ei os loquens magna et blasphemā:
 et data ē ei potestas facere menses
 quadraginta duos. Et aperuit os suū
 in blasphemias ad deū blasphema-
 re nomen ei⁹ et tabernaculū ei⁹: et eos q̄
 in celo habitant. Et datū est illi bellū
 facere cū sanctis: et uincere eos. Et data
 est illi potestas in omnē tribū et ppliū
 et linguā et gentem: et adorauerūt eam
 omnes qui inhabitabāt terrā: quorū nō
 sunt scripta nomina in libro uite agni q̄
 occisus est ab origine mūdi. Si quis
 habet aurē audiat. Qui in captiuitatē
 duxerit in captiuitatē uader: q̄ in gladio
 occiderit: oportet eū gladio occidi. Hic
 est paciētia: et fides sanctorū. Et uidi ali-
 am bestia ascendente de terra: et habe-
 bat cornua duo similia agni: et loque-
 bat̄ sicut draco. Et potestatem prioris
 bestie omnem facietat in d̄spetū ei⁹: et
 fecit terrā et habitantes in ea adorare
 bestiam primam: cui⁹ curata ē plaga
 mortis. Et fecit signa magna: ut etiā
 ignem faceret de celo descendere in irā
 in d̄spetū h̄minū. Et seducit habitan-
 tes in terra propter signa q̄ data sunt
 illi facere in d̄spetū bestie: dicens habi-
 tantibus in terra ut faciant ymaginem
 bestie que habet plagā gladij et uixit.
 Et datum ē illi ut daret sp̄ritum yma-
 gini bestie et ut loquat̄ ymago bestie:

et faciet ut quicumque non adorauerint ymaginem bestie occidantur. Et faciet omnes pusillos et magnos et diuites et pauperes et liberos et seruos habere caracterem in manu dextra aut in frontibus suis: et ne quis possit emere aut vendere nisi habeat caracterem nominis bestie: aut nomen aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum: computet numerum bestie. Numerus enim hominis est: et numerus eius sexcentissexaginta sex.

Et vidi: et ecce agnus stabat supra montem syon: et cum eo centumquadragesimam quatuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo tanquam vocem aquarum multarum et tanquam vocem tonitruum magnum: et vocem quam audiui sicut cythararum cytharistarum in cytharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem et ante quatuor animalia et seniores: et nemo poterat dicere canticum nisi illa centumquadragesimam quatuor milia que empti sunt de terra. Hii sunt qui cum mulieribus non sunt contaminati: virgines enim sunt. Hii secuntur agnum quocumque ierit. Hii empti sunt de omnibus primitiis decimo et agno: et in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum dei. Et vidi alterum angelum volentem per medium celum: habentem euangelium eternum: ut euangelizaret sedentibus super terram et super omnem gentem et tribum et linguam et populum: dicentis magna voce. Timeate dominum et date illi honorem: quia venit hora iudicii eius: et adorare eum qui fecit celum et terram mare et fontes aquarum. Et alius angelus secutus est dicens. Cecidit cecidit babilon illa magna: que a vino ire fornicationis sue potant omnes gentes.

Et tercius angelus secutus est illos dicens voce magna. Si quis adorauerit bestiam et imaginem eius et acceperit caracterem in fronte sua aut in manu sua: hic bibet de vino ire dei quod mixtum est mero in calice ire ipsius. Et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum: et ante conspectum agni. Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Nec habet requiem die ac nocte qui adorauerit bestiam et imaginem eius: et si quis acceperit caracterem nominis eius. Hic sapientia sanctorum est: qui custodiunt mandata dei et fidem in iesu. Et audiui vocem de celo dicentem michi. Scribe. Beati mortui: qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus: ut requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum secutus illos. Et vidi: et ecce nubem candidam: et supra nubem sedentem similem filio hominis habentem in capite suo coronam auream: et in manu sua falcem acutam. Et alius angelus egiit de templo: clamans voce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcem tuam et metet: quia venit hora ut metat: quoniam aruit messis terre. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram: et messis in terram. Et alius angelus egiit de templo quod est in celo: habens et ipse falcem acutam. Et alius angelus egiit de altari qui habebat potestatem supra ignem et aquam: et edamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam dicens. Mitte falcem tuam acutam et vindemia viticos vinee terre: quoniam mature sunt vinee eius. Et misit angelus falcem suam acutam in terram: et vindemiauit vineam terre: et misit in lacum ire dei magnum. Et calcatus est locus terra ciuitate: et egiit sanguis de lacu usque ad fletuos equorum per stadia millesecenta.

Et vidi aliud signum in celo magnū et mirabile: angelos septē habentes plagas septem novissimas: quoniam in illis consummata est ira dei. Et vidi tanq̄ mare vitreū mixtum igne et eos qui vixerunt bestiam et ymaginē eius et numerū nominis eius stantes supra mare vitreum: habentes cytharas dei et cantātes canticum moysi secū dei et canticum agni dicentes. Magna et mirabilia sūt opera tua dñe deus omnipotens: iuste et vere sunt vie tue domine reḡ seculorū. Quis nō timebit te domine: et magnificabit nomen tuū? Quia solus pius es: quō omnes gentes veniunt et adorabunt in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifesta sunt. Et post hec vidit ecce apertū est templū tabernaculi testimonij in celo. Et egerunt septē angeli habentes septē plagas de templo: vestiti lapide mundo et candido: et circumditi circa pectora zonis aureis. Et unum de quatuor animalibus dedit septē angelis septem fialas aureas: plenas iracundie dei vivētis in secula seculorū. Et implevūt ē replū dei fumo a maiestate dei et de virtute ei⁹: et nemo poterat introire ī tēplū: donec consummarent septem plage septem angelorum.

Et audivi vocem magnā de templo dicentem septem angelis. Ite: et effundite septem fialas ire dei in terram. Et abiit primus angelus et effudit fialam suā in terrā: et factū est vulnus seuum et pessimū in homines quō habebāt caracterem bestie: et in eos quō adoraverunt bestiam et ymaginē ei⁹. Et secundus angelus effudit fialam suā in mare: et factus ē sanguis tanq̄ mortui: et omnis anima vivens mortua ē in mari. Et tertius effudit fialā suam super

flumina et super fontes aquarū: et fact⁹ est sanguis. Et audivi angelū aquarum dicentem. Iustus es domine quō es et qui eras sanctus qui hoc iudicasti: quia sanguinē sanctorū et prophetarū effuderūt: et sanguinē eis dedisti bibere. Dignū enim sunt. Et audivi alterū dicentem. Etiam dñe deus omnipotens: vera et iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit fialam suā in solem: et datum est illi estu affligere homines et igni. Et estuaverunt homines estu magno: et blasphemaverunt nomē dei habentis potestatem super has plagas: neq; egerūt penitentiā ut darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit fialam suā super sedem bestie et factum est regnū ei⁹ tenebrosū. Et cōmāducauerūt linguas suas p̄ dolore: et blasphemaverunt deū celi p̄ doloribus et vulneribus suis: et non egerūt penitentiā neq; operibus suis. Et sextus angelus effudit fialam suā ī flumen illud magnū rufatē: et siccauit aquam ei⁹ ut pararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis et de ore bestie et de ore pseudo prophete egredī spirit⁹s tres immundos ī modum ranarū. Sunt enī spiritus demoniorū faciētes signa: et procedūt ad reges totius terre congregare illos ī prelium ad diē magnū. Omnipotentis dei. Ecce venio sicut fur. Beat⁹ quō vigilat et custodit vestimēta sua ne nudus ambulet: et videat turpitudinem ei⁹. Et congregabit illos ī locum quō vocatur hebraice armageddon. Et septimus angel⁹ effudit fialā suā in acrem: et egredī vox magna de templo a throno dicens. Factū est. Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua: et terre motus fact⁹ est magn⁹ qualis nunq̄ fuit regno homines fuerūt super

terram: talis terre morus sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes: et ciuitates gentium ceciderunt. Et babilon magna uenit in memoriam ante deum: dare illi calicem vini indignationis ire eius. Et omnis insula fugit: et montes non sunt inuenti. Et gradus magna sicut talentum descendit de celo in homines: et blasphemauerunt homines deum propter plagam grandinis: quoniam magna facta est uehementer.

Et uenit unus de septem angelis qui habebant septem thialas: et locutus est mecum dicens. Veni et ostendam tibi damnationem meretricis magne que sedet super aquas multas: cum qua fornicati sunt reges terre: et inebriati sunt qui inhabitant terram de uino prostitutionis eius. Et abstulit in spiritu in desertum. Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam: plenam nominibus blasphemie: habentem capita septem et cornua decem. Et misit erat circumdata purpura et cocco et inaurata auro et lapide precioso et margaritis: habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione et immundicia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen scriptum babilon magna: mater fornicationum et abominationum terre. Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum: et de sanguine martiris ihesu. Et miratus sum cum uiderem illam ammiratione magna. Et dixit michi angelus. Quare miraris: ego dicam tibi sacramentum mulieris et bestie que portat eam: que habet capita septem et cornua decem. Bestia quam uidisti fuit et non est: et ascensura est de abyssis et in interitum ibit: et mirabuntur inhabitantes terram quorum non sunt scripta nomina in libro uite a constitutione mundi uidentes bestiam que erat et non

est. Et hic est sensus: qui habet sapientiam. Septem capita septem montes sunt supra quos mulier sedet: et septem reges. Quinque ceciderunt: unus est: et alius nondum uenit. Et cum uenerit: oportet illum breue tempus manere. Et bestia que erat et non est ipsa octaua est: et de septem est. Et in interitum uadit. Et decem cornua que uidisti decem reges sunt qui regnum nondum acceperunt: sed potestatem tanquam reges uia hora accipiant post bestiam. Qui unum consilium habent: et uirtutem et potestatem suam bestie tradent. Qui cum agno pugnabunt: et agnus uincet illos: quoniam dominus dominus est: et rex regum: et qui cum illo sunt uocati et electi et fideles. Et dixit michi. Aquae que uidisti ubi meretrix sedet ipsi sunt et gentes et lingue: et decem cornua que uidisti in bestia hiis odient fornicariam et desolatam facient illam et nudant: et carnes eius manducabunt et ipsam igni cremabunt. Deus enim dedit in corda eorum ut faciant quod placitum est illi: ut dent regnum suum bestie donec consummetur uerba dei. Et mulier quam uidisti est ciuitas magna: que habet regnum super reges terre.

Et post hec uidi alium angelum descendentem de celo habentem potestatem magnam: et terra illuminata est a gloria eius. Et clamauit in fortitudine dicens. Cecidit cecidit babilon magna: et facta est habitatio demoniorum: et custodia omnis spiritus immundi et custodia omnis uolucris immunde et odibilis: quia de uino ire fornicationis eius bibent omnes gentes. Et reges terre cum illa fornicati sunt: et mercatores terre de uirtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam uocem de celo dicentem. Exite de illa populus meus:

et ne participes sis delictorū eius: et de plagis eius non accipias. Quoniam puenerunt peccata eius usq; ad celum: et recordatus est dñs iniquitatū eius. Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis: et duplicate duplicia scdm opera eius. In poculo quo misit vobis miscere illi duplū. Quantū glorificauit se et in delicijs suis: tantum date illi tormentū et ludum: quia ī corde suo dicit. Sedes regina: et vidua nō sum: et ludum nō videbo. Ideo in vna die venient plage eius mors et ludus et fames: et igni cōburetur: quia fortis ē deus qui iudicabit illā. Et flebunt et plangent se sup illam reges terre q̄ cū illa fornicati sunt et ī delicijs vixerunt cum viderint fumū incendiij eius: longe stantes ppter timorem tormentorū eius dicentes. He ve ciuitas illa magna babilon: et ciuitas illa fortis: quā vna hora venit iudiciū tuum. Et negotiatores terre flebunt super illam et lugēbūt: quā merces eorū nemo emet amplius: merces auri et argenti et lapidis p̄ciosi et margarite et bissi et purre et serici et cocini: et omne lignum thynum et omnia vasa eboris et oīa vasa de lapide p̄cioso et cernicuto et ferro et maruore: et cynamomū et amomū et odoramentorū et unguenti et thuris et vini et olei et simile et cetera et iumentorum et ouium et equorū et redarum: et mancipiorū et animas hominū. Et poma tua desiderij anime tue discesserunt a te: et omnia pinguis et preclara perierunt a te: et amplius illa iam nō inueniunt mercatores hominū. Qui diuites facti sunt ab ea longe stabūt propter timorē tormentorū eius: fletus ac lugentes et dicentes. Ve ve ciuitas illa magna: que amicta erat bisso et

purpura et cocco et deaurata ē auro et lapide p̄cioso et margaritis: quoniam vna hora destitute sūt tante diuinitie. Et omnis gubernator et omnes qui in lacum nauigāt et naute et qui in mari operantur. longe steterūt: et clamauerunt vidētes locum incendiij eius dicētes. Que similis ciuitati huic magne? Et miserunt puluerē sup capita sua: et clamauerūt fletus et lugentes dicentes. Ve ve ciuitas illa magna: ī qua diuites facti sūt omnes q̄ habebāt naues in mari de p̄cis eius: quoniam vna hora desolata est. Et ultra super celum et sancti apli et prophete: quā iudicauit deus iudiciū v̄m de illa. Et sustulit vnus angelus fortis lapidē q̄si molarem magmū: et misit ī mare dicens. Hoc impetu mittetur babilon ciuitas illa magna: et ultra iā nō inuenietur. Et vox cytharedorū et musicorū et cybia canentū et tuba nō audiet in te amplius: et omnis artificū omnisq; ars nō inueniet in te amplius: et vox mole nō audiet in te amplius. Et lux lucerne nō lucebit ī te amplius: et vox sponsi et sponse nō audiet adhuc in te: quia mercatores tui erāt p̄cipēs terre: quā ī beneficijs tuis errauerūt omnes gētes. Et ī ea sāguis p̄phetarū et sāctorū inuentus ē: et omniū q̄ interfecit sūt ī terra.

Post hec audim q̄si vocē tubarū miscarū in celo dicentū alleluia. Laus et gloria et virtus deo nostro est: quā vera et iusta iudicia sunt ei: q̄ iudicauit de meretrice magna. q̄ corripit terrā in prostitutione sua: et vindicauit sanguinē suorū suorū de manibz ei. Et iterū dixerunt alleluia. Et fumus eius ascendit in secla seclorū. Et reciderūt seniores viginti quatuor et quatuor animalia et adorauerūt deū sedentem sup

thronū: dicētes amēti alla. Et vox de throno egre ditens. Laudē dicite deo nro omnes sancti ei⁹: et qui timetis deū pusilli et magni. Et audini q̄si vocē tube magne et sicut vocē aquarū multarū et sicut vocē conitruorū magnorū dicentiū alla: qm̄ regnauit dñs deus noster omnipotēs. Gaudeam⁹ et egultem⁹ et demus glām ei: quia uenerūt nuptiē agni: et uxor ei⁹ p̄parauit se. Et datum ē illi ut cooperiat se byssinū splēdēs candidū. Byssinū enī iustificatōnes sunt sanctorū. Et dixit michi. Scribe. Beati qui ad cenā nuptiarū agni uocati sunt. Et dixit michi. Hec uerba dei uerba sūt. Et cecidi ad p̄des ei⁹: ut adorare eū. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conseruus tu⁹ sū: et fem̄ tuorū habentū testimoniū ihesu. Deū adora. Testimoniū enī ihesu ē spirit⁹ prophetie. Et uidi celū apertū: et ecce equus albus: et qui sedebat sup eū uocabat̄ fidelis et uerax: et cū iusticia iudicat et pugnat. Oculi autē ei⁹ sicut flāma ignis: et i capite ei⁹ dyademata multa: habēs nomē scriptum qd̄ nemo nouit nisi ip̄e. Et uestit⁹ erat ueste aspersa sanguine: et uocabat̄ nomē ei⁹ uerbum dei. Et exercit⁹ qui sunt i celo sequebant̄ eū i equis albis: uestiti byssino albo et mūdo. Et de ore ei⁹ p̄cedebat gladius e⁹ utraq; parte acut⁹: ut i ip̄o percutiat gētes. Et ip̄e reget eas in uirga ferrea et calcet torclat uini furoris ire dei omnipotētis. Et habet i uestimēto et in femore suo scriptū: rex regū et dñs dñantiū. Et uidi unū āgelū stātem i sole: et clamauit uoce magna dicētes omnibz aurbz qui uolāt p̄ mediū celi. Venite et congregamini ad cenā magnā: ut manducetis carnes regū et carnes tribunorū et carnes fortū et carnes equorū et sedētū i ip̄is. Et carnes omniū

liberorū et uiciorū et pusillorū et magnorum. Et uidi bestia et reges terre et exercitus eorū congregatos ad faciēdū preliū cū illo qui sedebat i equo: et cū exercitu ei⁹. Et ap̄hēla ē bestia et cū ea pseudo prophete: et qui fecit signa corā ip̄o quibus seduxit eos qui acceperūt caractere bestie: et qui adrauerūt ymaginē ei⁹. Vini missi sunt hii duo i stagnū ignis ardētis et sulphuris: et ceteri occisi sunt in gladio sedētis super equum: qui procedit de ore ipsius: et omnes aues saturate sunt carribus eorum.

Et uidi āgelū descendētem de celo habentem clauē abissi: et catēnā magnā in manu sua. Et ap̄hēdit dragonē serpētē antiquū qui ē dyabol⁹ et sathanas: et ligauit eū p̄ ānos mille. Et misit eū in abissum: et clausit et ligauit sup illū ut nō seducat āplius gentes: donec consumentur mille āni. Et post hoc oportet illū solui modico tpe. Et uidi sedes: et sederūt sup eas: et iudiciū datū ē illis. Et animas decollatorū propter testimoniū ihu et p̄pter uerbū dei: et qui non adrauerunt bestia neq; ymaginē ei⁹ nec acceperūt caractere ei⁹ in frōtibz aut in manibz suis: et uixerūt et regnauerūt cū cristo mille ānis. Ceteri mortuorū nō uixerūt donec consumentur mille āni. Hec ē resurrectio p̄ma. Beat⁹ et sanct⁹: qui habet partem in resurrectione p̄ma. In hīs sc̄da mors nō habet potestatem: sed erūt sacerdotes dei et cristi: et regnabūt cū illo mille ānis. Et cū consumati fuerit mille āni soluet̄ sathanas de carcere suo: et egibit et seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre goy et magog: et congregabit eos in preliū: quorū numer⁹ est sicut arena maris. Et ascenderunt sup latitudinē terre: et circūierūt castra

sanctorum et civitatem dilectam. Et descendit ignis a deo de celo et devorabit eos: et dyabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris: ubi et bestia et pseudo prophete cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnum candidum et sedentem super eum: cuius aspectu fugit terra et celus: et locus non est inventus ab eis. Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni: et libri aperti sunt: et alius liber apertus est qui est vite. Et iudicati sunt mortui ex hijs qui scripta erant in libris: secundum opera ipsorum. Et dedit mare mortuos suos qui in eo erant: et mors et infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant: et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Hec est mors secula. Et qui non est invenit in libro vite scriptus: missus est in stagnum ignis. **R.**

Et vidi celum novum: et terram novam. Primum enim celum et prima terra abiit: et mare iam non est. Et ego iohannes vidi sanctam civitatem iherusalem novam descendentem de celo: a deo paratam: sicut sponsam ornata viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis: erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum: et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra: que prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce nova facio omnia. Et dixit michi. Scribe: quia hec verba fidelissima sunt et vera. Et dixit michi. Factum est. Ego sum alpha et omega: initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vive gratis. Qui viderit possidebit hec. Et ego illi deus: et ille erit michi

filius. Timidis autem et incredulis et execratis et homicidis et fornicatoribus et veneficis et ydolatriis et omnibus mendacibus: pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure: quod est mors secula. Et venit unus de septem angelis habentibus fialas plenas septem plagis novissimis: et locutus est mecum dicens. Venire et ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum: et ostendit michi civitatem sanctam iherusalem descendentem de celo: habentem claritatem dei. Et lumen eius simile lapidi precioso tanquam lapidi iaspidi: sicut cristallum. Et habebat murum magnum et altum habentem portas duodecim: et in portis angelos duodecim: et nomina inscripta que sunt nomina duodecim tribuum filiorum israel. Ab oriente porte tres: et ab aquilone porte tres: et ab austro porte tres: et ab occasu porte tres. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim: et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum et agni. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream: ut metiretur civitatem et portas eius et murum. Et civitas in quadrate posita est: et longitudo eius tanta est quantum et latitudo. Et mensus est civitatem de arundine aurea per stadia duodecim milia: et longitudo et altitudo et latitudo eius equalia sunt. Et mensus est murus eius centum quadraginta quatuor cubitorum: mensura hominis que est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero civitas aurum mundum: simile vitro mundo. Et fundamenta muri civitatis omnia lapide precioso ornata. Et fundamentum primum iaspis: secundus saphirus.

tercius calcidonius: quartus smaragdus.
 quintus sardonius: sextus sardius: se-
 ptimus crisolitus: octavus berillus.
 nonus thopazius: decimus crisoprasi-
 lus: undecimus iacinctus: duodeci-
 mus amethystus. Et duodecim porte:
 duodecim margarite sūt p̄ singulas.
 Et singule porte erāt eē singulis mar-
 garitis: et platea ciuitatis aurū mun-
 dum: tanq̄ vitrū plucidum. Et tēplū
 non vidi in ea. Dominus etiā deus o-
 mnipotens templū illius ē: et agnus.
 Et ciuitas nō eget sole neq; luna: ut
 luceant in ea. Nam claritas dei illu-
 minabit eam: et lucerna ei⁹ est agnus.
 Et ambulabūt gentes i lumine ei⁹: et
 reges terre afferent glām suā et hono-
 rem i illam. Et porte ei⁹ nō claudētur
 per noctem. Nox enim nō erit illic et af-
 ferent gloriā et honorem gentiū i illā:
 nec intrabit i ea aliqd̄ conūnatū aut
 abominatiōne faciēs ⁊ mēdaciū: nisi
 q̄ scripti sūt i libro vite agni.


Quod ostendit michi fluvium aque vi-
 ue splēdidum tanq̄ cristallū:
 procedētem de sede dei ⁊ agni. In me-
 dio platee ei⁹ et eē utraq; parte flumi-
 nis lignū vite afferēs fruct⁹ duodeci:
 per mēses singulos reddēs fructū suū:
 et folia ligni ad sanitatē gentiū. Et o-
 mne maledictū nō erit ampl⁹: sed se-
 des dei et agni i illa erūt: ⁊ lūi ei⁹ lūi-
 erit illi. Et videbūt faciē ei⁹: ⁊ nomē ei⁹
 in frōribz eorū. Et vox ultra nō erit: et
 nō egebunt lumine lucerne neq; lumi-
 ne solis quā dñs deus illuminabit il-
 los: ⁊ regnabūt in seclā seclorū. Et di-
 xit michi. Hęc v̄ba fidelissima sūt ⁊ ve-
 ra. Et dñs de⁹ spiritū p̄phetay misit
 angelū suū: ostendere lūis suis que o-
 portet fieri cito. Et ecce venio veloci-
 ter. Beat⁹ q̄ custodit verba prophētie libri

huius. Et ego iohannes q̄ audiui et
 vidi hec. Et postq̄ audissem ⁊ vidissem
 recidi ut adorare ante pedes angeli
 qui michi hec ostendebat. Et dixit mi-
 chi. Vide ne feceris. Conuersus enim
 tuus sum ⁊ scarrū tuorū prophetarū:
 et corū qui seruant verba prophētie li-
 bri huius. Deum adora. Et dixit mi-
 chi. Ne signaueris verba prophētie li-
 bri hui⁹. Temp⁹ enim p̄pe est. Qui noc-
 ret noccat adhuc: ⁊ qui in sordibus ē
 sordescat adhuc. Et q̄ iustus ē iustifi-
 cetur adhuc: ⁊ sand⁹ s̄dificet adhuc.
 Ecce venio cito: ⁊ merces mea mecum ē:
 reddere unicuiq; scdm̄ opera sua. Ego
 sum alpha et ω: prim⁹ et nouissimus:
 principium et finis. Beati q̄ lauane
 stolas suas in sanguine agni: ut sit
 potestas eorū in ligno vite: ⁊ p̄ portas
 intrent ciuitatem. Foris autem canes
 et venefici ⁊ impudici ⁊ homicide ⁊ y-
 dolo seruientes: et omnis qui amat
 et facit mendacium. Ego ihesus misi
 angelum meum testificari vobis hec
 in ecclesijs. Ego sum radix et genus
 dauid: stella splēdida et matutina.
 Et spiritus et sponsa dicunt veni. Et
 qui audit: dicat veni. Et qui sitit ve-
 niat: et qui vult accipiat aquam vi-
 ue gratis. Contestor enim omni au-
 dienti verba prophētie libri huius.
 Si quis apposuerit ad hec: apponet
 deus super illum plagas scriptas in
 libro isto: et si quis diminuerit de
 verbis libri prophētie huius: auferet
 deus partem eius de libro vite et
 de ciuitate sanda: et de h̄is que scri-
 ptas sunt in libro isto. Dicit qui te-
 stimonium perhibet istorum. Etiam.
 Venio cito amen. Veni domine ihesu.
 Gratia dñi nr̄i ihesu cristi cū omni-
 bz vobis amē.









i 18591036

